



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

JACOBI GRONOVII
RESPONSIO
AD
CAVILLATIONES
RAPHAELIS FABRETTI.



LUGD. BATAVORUM.

Apud JORDANUM LUCHTMANS.

CICLOPS

V E R B A
 R A P H A E L I S F A B R E T T I
 E X C E R P T A
 E X

ejus dissertatione tertia de aquæ-
 ductibus.

*XIII.  *lgentianæ nomen congruere poterit **
Ductui illi ad Viam Tusculanam, 361
quod Algidum rectissimè respicit, ut
nosta Charta ostendit; nulli certè
alii Aquæ, nî nostra arrideat conje-
*ttura, aquæ benè applicandum. * Algidum enim Montem,* *
illum fuisse dicimus, qui post Tusculum ad levam Latina 362
Via non uno vertice protenditur, Praneste, & Orientem a-
stivum versus, cui hodie S. Sylvestri Cœnobium, & Rocca
Priora insident: dividebat enim tam Algidum, quam Tu-
sculum (quod in eodem dorso erat) ab Albano Monte Vallis
illa intermedia, in qua Castri Molaria rudera visuntur;
Nam Latina Via, cuius pluries vestigia recognovi, ad la-
tera Tusculani, & Algidij Montis, & Vallis jam dicta à lava
imminens ducebatur, ut ex sequenti Strab. loco lib. v. à
Cluverio inter tot, hujus, & aliorum authorum dicta que
cumulat non animadverso, innoteſcit, Εὐδοτέρω δὲ τὸ καὶ
αὐτὰς ὀπεῖν, αὖλη ἡχητὶσι, μεταξὺ αὐλῶνα κατάλείπονται
τὸ καλὰ Αλγιδον ὑψηλὴ μέχρι τὸ Αλκανῆ ὄργες; Θητὶ ταύ-
της δὴ τὸ Τεσουλον ἰδευται, intrâ montana ad quæ ex
[Tibur scilicet, & Praneste] sunt conditæ, aliud porrigi-

ut montanum, & sublime dorsum, convallem relin-
guens inter Algidum, & Albanum Montem; eo in lo-
o Tusculum collocatum est. *Id etiam optimè comproba-
ur * ex descripto per Livium libro xxvj. Hannibalis iti-
ere, Hannibal infestius perpopulato Agro Fregellano
propter Pontes intercisos, per Frusinatem, Ferentina-
emque, & Anagninum Agrum in Labicanum venit; in-
è Algido Tusculum petiit: nam à Labicano Agro (hoc
st, cum Holstenio, juxta Columnam Oppidum) si per Algi-
dum Tusculum petiit; en Algidum, uti & Tusculum, & La-
bicum cum toto suo Agro, ad identia Via Latina levum latus,
it prætendimus: quibus enim ad dextram Via Latina, Valle
llâ intermedia, in * eodem cum Monte Albano (hodie Ca-
'o nuncupato) continuatoque vertice Algidum esse dici-
ur; (ut P. Kirch. in Latio lib. ij. p. j. cap. iij. fol. 37. ite-
umque par. ij. c. iv. fol. 71.) iis iter hoc Hannibalis non
eetum, ut properantis, sed in orbem, uti otio abundantis
incipitur. Verum optimus P. Kirch. alium errorem in hu-
us excusationem fortasse adducet, nempe * situm Labici ad
Oppidum Valmontonis, (ut paullò postea se ostensurum pro-
iuit) à quo transitus sub suo Algido ad Tusculum dabatur:
uo tamen assumpto uti non potest, quia infrà (promisi im-
nemor) libr. iv. cap. ij. fol. 120. * in Via Pranestina at-
que in loco ubi nunc Oppidum Zagarolo, urgentibus rati-
nibus Labicum manere imperat. Quo etiam admisso, &
abico à dextrâ sua Via Labicana ad dextram Pranestina
translato; adhuc iter Hannibalis ad sinistram Latine per
lgidum fuerit; unde Algidi dorsum cum Tusculano non
erò cum Albano Monte continuari rectè ex Strabone perce-
imus. Utque aliquid de * vero Labici situ, ultra Holsteniā
uthoritatem, illud ad Oppidum Columnam reponentis
egustemus; afferam hic è meis ad opus quod meditor de A-
ro Suburbano Adversariis, exemplar sequentis lapidis ibi
uper reperti, & in muro Vineæ de Lazarinis hodie insi-
i; ex quo, nedum ipse veteris Oppidi situs patet; sed in-
super.*

super, cur eādem milliariorum XV. distantia, quam Strabo Labico attribuit, Antoninus in Itinerario, & Tabula Peutingeriana AD QUINTANAS adnotent, manifestum sit: iidem enim

D . M

P A R T H E N I O . A R C A R I O
R E I . P U B L I C A E
L A V I C A N O R U M
Q U I N T A N E N S T U M

ex hoc perquam insigni marmore, * LAVICANI, ac * QUINTANENSES, ut illis tandem P. Athanasius Kirche-³⁶⁸ riū fedem certam, & mansuram statuat.

Quid tandem agemus de Gronovio, qui III. Dissert. Epist. ad Goes. locum p̄eallatum Livii, integrum quidem, & rectum, se emendare jactans, mirè hac omnia agitat, ut deinde * pro Algido, Pēdum, nedum Livio, sed Silio * contradicente, nullaque similitudine reponat? O quam fœ-³⁶⁹ cundam disteriorum, & scommatum segetem colligeret hinc tot probris dilaceratus Marsus ille Meibomius, unde suum Antagonistam vicissim impeteret, & Pedo ifsi tam inopportuno oppederet! Nos equidem talibus parcentes, Te, aliosque succinētē monebimus, in tribus gravissimis Gronovium falli. * Primo in strictâ ubique acceptione τῷ * Algidi pro Oppidulo cognomine, ad radices sui Montis in ³⁷⁰ Via Latina jacente; quod tamen idem Livius, omnibus in locis per Gronov. allatis, non de ipso Oppido Algidi intelligi permittit, sed de Monte aut dorso ejusdem, non modicā extensionem habente; ita ut haud temere à Silio in eādem itineris Hannibalici descriptione tib. xij. pluralitatis nomine votetur. . . . nec amoena retentant

Algida . . . tot enim (Poëticā præsertim figura loquendi) Silio Poëta Montes, quot vertices unitus licet Montis videri potuerunt. * Fallitur iterum Gronovius, * dum insulē quoad alios ex Strabonis, ut credit, sed malo ³⁷¹ explicati sententiā; perradiculē verò quoad nos, quibus ma-

gis quam Gronovio domus sua, loca isthac nota sunt, inter Albanum hinc Montem, & Tusculi inde, atque Algidi iuga, Vallem illam profundam, & per plura passuum millia protensam, aperiri inficiatur; & gigantea machinatione Vallem claudit, & continente traxit ab Urbe Tusculo ad Albanum Montem aggerem stupendum, ut minus, XXV. stadiorum, per otium dicit; & tamen ex Strabone ipso non obscure disiunctio utriusque verticis, conuale mediante, colligitur, iis verbis, predictis proximis, οὐεχῆ δὲ ἐστὶ τὰ τῷ Αἰγαίῳ ὀπει Γανίδοντα, huic [Tusculo] conti- nenter adiacent partes ad Albanum Montem inclinantes.

* * Fallitur demum, dum locum Strab. lib. v. de derivatione
 372 Via Latina, alias per nos in Dissert. I. num. 44. expen-
 sum, Incipit Via Latina ab Appiâ, ad sinistram ab eâ
 prope Romam deflectens, ac super Tusculanum Mon-
 tem transit inter Tusculum Oppidum, & Montem Al-
 banum, ut ad suam thesim accomodet, grammaticè, sic-
 cèque de transcensu verticis Tusculani interpretatur; quod
 nos neayualinū àλητεια, de eâ, quam diximus, sublimi
 ad laera collis Tusculani Via Latinae consensione expo-
 nimus, & loco ipso adiuvante opiniosis hujusmodi ostendemus.

Ob hæc sic retulit in indice rerum & verborum,
 ut ait, memorabilium.

<i>Albana Vallis per Jac. Gronovium sublata</i>	371
<i>de Algido Jacobi Gronovii errores</i>	369
<i>Jacobi Gronovii inepta Livii de Redo oppido correctio</i>	369
<i>de Algido monte errores</i>	370. 371
<i>de via Latina ductu</i>	372
<i>Latina via Tusculum non transcendebat cum Gronovio</i>	372
<i>Vallis Albana per Gronovium sublata</i>	373

E A

JACO-

RESPONSIO AD CAVILLATIONES

RAPHAELIS FABRETTI.

Ita memini res meas tunc, quum postremq; in his oris editio Liviana elaboraretur, & simul animum tulisse, ut in auctore illo plurima mihi occurserent, in quibus nec quæ ante ab aliis tentata erant, placebant, nec tamen ipse etiam mihi satisfacere statim poteram. Quapropter diu eadem reminiscendo quum viderer tandem aliquid lucis collegisse, aut certe viam invenisse, qua ad illam veniretur, non judicavi quidquid id erat, obiter & defunctionaria tantum effusione projici à me oportere; sed quoniam cum eximiis viris & longæ ætatis vitiis agendum mihi erat, longiore ductu id exponendum & sententiæ meæ causam laxius declarandam existipans, in exiguum corpusculum secrevi. Eo consilio etiam huc me alliciente, ut apertius producta irritarent retinerentque sapientium oculos ad hæsitationes has meas contemplandas. Hic quum esset unicus scopus meus, sæpe repetitis votis optavi aliquem mihi contingere, qui illa qualiacunque mea pericula non dico probare aut examinare vellet, sed vel condemnare ac vituperare, dummodo bona ratio ac veritas in salvo maneret. Etsi enim præviderem quidem posse fieri, ut quædam humilis malevolentia inde quod morderet, sibi ostensum arriperet, & hinc exemplo aliorum tacere ea & præterire potuerim; tamen tanti fore credidi, ut ex æstu illo evaderem, ut cognitionem veri isto quali quali dispendio meo libenter redemptam voluerim. Itaque te potissimum venisse, qui hanc opem mihi in uno ferres, virum circa τὰ φαντασίας πλευράς γεωγραφικὰ versatum diu & inde non

J. G. Responso

nperit vehementer mihi sum gratulatus; neque ut
rimum de te ex amico meo, viro doctissimo, intellexi,
huc quidquam præconcepi, quam haud dubie longam
illam peregrinationem, quam frequentis illius suburbani
ognoscendi & Livianæ historiæ instruendæ ergo in
illis locis tempore isto institui, ex memoria omni era-
lendam esse & potiori certiorique limite metationes il-
las dirigendas. Hæc fuit exspectatio mea de te, tum
ionesta certe & æqua, tum adeo fixa, ut jam circumspic-
terem agnam ob evitatum periculum ignorantiae, in
juia tamdiu hæseram. Et liceat ista dixisse hactenus; ne
principium hoc vel cogitando, nedum verbo minus
austo molestum & incitatum reddam, & quis deinde
ibi dissertationis tuae tertię illam partem ac dispositio-
nem indicis perlegi, sensus meus de ea fuerit, hic in an-
tecessum aperiam, quem res ipsa potius declarabit. Ita
enim illic te gessisti, ut nulla trepidatio versare animum
meum potuerit, quin & aliquā fungendum mihi esse
proponerem, & quia id utique fieri deberet, melius con-
sultiusque censarem solvere de præsentibus, ac tropæum,
quod cum mea contumelia tibi fixisti, non nisi neglig-
entia mea validum (& hinc certe illo jam satis ac ni-
mium diu fruitus es) evertere. Id quod prorsus ita fa-
ciam, ut affectum illum, quem mihi tua administratio
induit, ex superiore loco aggressus fuisse appaream;
duimodo id vicissim mihi concedas, ut quot mihi im-
pegiſti errores, totidem vlcibus liceat ridere. Hoc enim
& bonum meum est, & unice meruisti, ut sic te gau-
diam, quemadmodum Hercules Cercopibus ac Bacchus
Silenis.

Incipit igitur: *Quid tandem agemus de Gronovio.*
qui III Differt. Epist. ad Goef. locum præallatum Livii
integrum quidem & rectum, se emendare jactans, mi-
re hæc omnia agitat, ut deinde pro'Algido Pedum
nedum Livio sed Silio contradicente, nullaque fe-
mili-

militudine reponat. Quam prope factus est Gronovius

Victima nil miserantis Orci?

Idque decreto senatus, in quem sponte sua fascibus impotenter adsumptis tam indignus praeses advocavit? Nec fatis; etiam sententias roget; & dum hoc facit, jam statim vel jure suo vel more vel ingenio fruitur, ut non modo & mendacissime & accusatorio, vel potius condemnatorio spiritu relationem aggrediatur, sed etiam respondentे ac censente nullo ipse me sententia sua configat, & si possit, confodiat. Verum nimis alta opinor de Fabretto & isto grege supponimus. Satis erit si credamus eum cum turba Quiritium in licium visere ad seditiosum aliquod caput, ubi non nisi saevum & stolidum spirant, & me certe jubent ferales sumere vittas, utpote omni apparatu ad necem meam parato. Quanquam quo multa? Perdis, Fabrette, universam hanc interrogationem. Non enim est, cur id alios roges, quam me ipsum, qui scio me hominem esse. Vin tu autem, ut quasi unus ex turba quam rogas, tibi dicam, quid illo in homine statuas? Dicam. Nullam equidem singularem de eo curram age; sed si fortassis tibi vel tuorum alicui sic usu venerit, ex longinquo inter alios doce cupientem; si errat, vel labitur, post Fabrettinam vituperationem tamen fida manu restitue & planiorem viam pande ex officio viri liberalis; sin minus, & id quoque dedignaris jacentem prostratumque destitue; aut si nihil horum quoque tibi placet, ac pigraris ullo modo advertere, fac quod sub aliena persona facis, vel si tuo potius verbo tecum agi mavis, oppede, dummodo inter me & te intersint tot illi, quibus propioribus & familiarioribus æquum est, ut priores tractent versentque tuas sic piperas chartas, atque adeo totum illius suavitatis tuæ niderem exhaustant, antequam ad me perveniat. Certe enim ego, quid tu aut quomodo agas de me, susque de-

que habebo. Satis mihi erit, si nequieris pronunciare actum de me esse; quod quantum colligo, unum profrus & solum videtur esse, quod à te habeo exspectandum. Interim ego faxo, ut pro me tantundem agendi occasio tibi nascatur, quantum Ovidius curavit, ut pro se Atrides alter & alter agerent. Vides principium.

Quod scribis, *se emendare jactans*, facis more multorum tui similium, qui nunc ævum agitant, hoc est, nihil veri dicis. Non ita nec sum nec tunc fui fatuus, ut locum tanta cum suspicione tractans atque si ullibi, certe in eo tuta omnia metuens jactarem me præ cæteris, qui tam multi eruditæ viri eundem legerant, plus vidisse atque adeo emendare. Nuspianum ullum ibi jactationis est signum, nulla emendandi mentio. Pro jactatione nihil illic est nisi timor, satis manifesta oratione expressus: pro emendatione est simplex & comis propositionis sensus mei in verbis perspicuis, *nihil video obstat*, *quo minus & controversiam omnem minutum iri & à Livo scriptum fuisse opinarer*. An hīc jacto me emendare? an non contra hīc sermo confusum quid in me arguit, quod exoptasse me dico iterum, ut alius abstergere; ad quam rem, ut video, nemo fuit minus idoneus, quam tu, qui id tentasti. Sed non magis hoc jactantia crimen mihi infligi à te miror, quam patri meo; qui quia ad Livium III, 15 scribit *sic restituimus lib. 5, 42 seu non omnis delenda urbis libido erat*, ideo nuper Gallus in usum Serenissimi Delphini scripsit ad eundem Livii locum III, 15 *sic à se restitutum jactat*. Nec satis; sed etiam de eodem loco addit, *Vulgatam nihilominus lectiorem, qua veterum auctoritate non destituitur, planiorem censeo*. Non possumus nos intercedere, ne quisquilia & glandes aliis placeant, & quod planius ipsorum balbutie videtur, teneant. Teneant sane sibi; teneant, quum ipsi scribunt; sed dicant tamen, quare illic teneant.

Non

Non enim suum negotium tunc agunt, sed Titi Livii.
Si autem omnia Livii scripta vetera exemplaria aliter
habeant, si pluribus locis linguam suam confirmet ipse
Livius, ut pater probavit, an hæc debent contemni? an
nihilominus ad ipsorum planitiam debet Livius loqui?
Omnia quæ vel vidit pater, vel unde excerpta nactus
fuit variantium lectionum, habent, quod ille restituit.
Quæ igitur illa veterum auctoritas est, qua non destitui-
tur vulgatum? Si sic in suo Rhenanus, si sic primæ edi-
tiones, si alterum illud à nullo adoptatum, nisi ab Ascen-
sio & Aldo, utroque haud dubie si non per incuriam ty-
porum, certe sine auctoritate, quid illi ab his duobus
adscitæ & inde propagatæ lectioni superest, quo se-
tueatur? Utique eandem sententiam (quippe quam in
tali narratione patet inde obhaesisse menti Livii) rursus
aliis verbis exprexit vi, 22. *Nec in perniciem colonie*
pugnandum censebant. Sed & voces & constructio ea-
dem ab Livio reponitur vii, 35. *Delendi omnis exerci-*
tus fortuna non usus. Enimvero dissentire & refellere
rationes, per quas aliis inductus fuit ad hoc vel illud sta-
tuendum, quidni liceat, quum sic optime verum pro-
deat? Sed dissentire sine causa, dissentire falsos allegan-
do prætextus, & jactantiam in aliis reprehendere, qui
ab ea sunt remotissimi, quid esse dicam nisi perversi ce-
rebri indicia?

Sed pergis, Fabrette, mire hac omnia agitat. Mire me
agitasse nescio. Agitasse me scio, sed modo, quo unico
id fieri potest, nempe conferendis & antiquorum & nu-
merorum hominum doctotum verbis atque sententiis,
etiam considerata ipsa narratione Livii, quam ratio agitan-
di, certe in multis, certior est, robustior est, utique pu-
rior, quam rependo per limum & illiteratas cloacas illic
Apia, hic Osirin clamare ab sese repertum; non alium
in finem, nisi ut uno aut altero successu inflatus, ferociter
ubique pronuncies, & Algerianas prope aquas instar
cæcæ

exæcæ talpæ talipedes, & inprimis circa voces auctorum, qui integra omnia, quæ ab ipsis describuntur, viderunt, non Grammatice, sed tumultuosa & non bene instructa πελαγωνιæ ineptias: immo etiam de me scribas, ut dein pro *Algido Pedum*, nendum *Livio*, sed *Silio contradicente*, nullaque similitudine reponat, quæ omnia appetet iisdem comiteatibus à te esse indagata, quibus Algentiana rudera duxisti, & ad veritatis templum æque prope accedere, quam Algentianæ aquæ ad *Algidum*. Testor enim tuam, licet acidi hominis, testor omnium aliorum fidem, an non universis fucum facias & falsissima edas. An ego ita perficitæ frontis sum, ut vel ibi vel alicubi sponte mea sola mutationem obtulerim tantam, quanta est inter has duas voces *Algido* & *Pedum*? & quoniam inter eas duas voces similitudo nulla est, ideo id, quod ego proposui, vanum sit? Accipio tamen legem, quam sub his verbis videris ferre; & si nulla similitudo est, aut non alia, quam inter has duas appellations, plane pro inepio vanoque habeatur, quidquid dixi. Sed tu nimis nigrum me facis. Ego enim non pro **ALCIDO PEDUM** repono, sed in literis vulgaris **ALCIDO** vel **algido** deliberandum statui, an non lateret **AB PEDO** vel **ab Pedo**, in quibus quis dicet nullam similitudinem esse, nisi tu? Quis non fatebitur multo maiorem in eis similitudinem conspicere, quam inter te & virum honestum? inter emporium, quod tu novus faber, næ non parum claudior ipso Vulcano, Romæ recidivum extruxisti, quam vetus, quod olim fuit? Quin tu si scire vis, ubi nulla sit similitudo, respice tuas in loquendo delicias. Nulla similitudo est inter prisam veramque Latinam linguam, & inter fordes, quæ ex ore tuo fluunt. Fabrettus est, qui scribere audet *nendum Livio* sed *Silio contradicente*. Fabrettus idem est, qui sustinet scribere nuram. 84 de re tempore Augusti *nendum decreta*, verum etiam perfecta. n. 177 *nendum ex Frontini sensu*, sed *ex aliis Frontini locis*

Ec

Et sic saepius. Quis cedat eum, qui his amoenitatibus loquendi innutritus est & tantopere oblectatur, scire aliquid posse de tempore Augusti & vetere Roma? Et tamen is adhuc meminisse potest temporum in humaniorum literarum cultura ac meditatione impensorum pag. 65. Quid est, si non hoc, jactare, & ita, ut falsum diccas jactesque? Sed nempe ex illa humaniorum literarum cultura didicit loqui num. 227. *Me tamen non multum pro nunc de hac quæstione laborante.* num. 315 *mea fide pro nunc te credere volo.* num. 327 *misis pro nunc duobus generibus.* Hinc didicit efflare §. 43 *angulo mæniorum magis meridionali.* num. 110 *invariata rationem.* num. 146 *approximare monasterio.* num. 158 *aliquali obliquitati.* §. 319 *solis ped. viij & un. iv. in latum patens.* Talibus non perfusæ sunt dissertationes tuæ & lingua, sed infectæ & illitæ. Hæc enimvero est humaniorum literarum cultura, (an spurietas num. 209?) quibus Augusta Roma utitur, sed (ne erres) non Augusti seculo, sed post mortem Lucæ Holstenii, quem hic Romanus aquæcurus tam impie excipit, ut nunquam satis magna piacula memoriae ejus laudatissimæ ab hoc exigi queant. Crede prorsus nullam esse similitudinem inter gloriam urbis Romæ in splendore culturæ literarum humaniorum per Holstenium ac te. Sed furit hic homo in similitudinibus, eo miser, quod ipse eas metitur ut oculis, ita cerebro cæco & inæquali, nec aliis eas similitudinum convenientias considerandas permittit. Inter hæc duo *algido & ab pedo* negat esse ullam similitudinem; vice versa num. 72 maximam agnoscit inter nummum arcus Drusiani & ipsius (ut opinatur) arcus reliquias, ita ut primum inde putet dari conjecturæ fundamentum, tanta persuasione, ut utriusque schema componere non dubitet. At vero si quis utrumque inspiciat, nullo genere similia esse videat, nisi quod & sint in utroque arcus, & super eos triangulum ad emblemata pateat: quæ quidem

lem ipsa in nullo non arcu exstant. At si quis singulam consideret, quæ proprie ad particularem hanc similitudinem faciant, nec capita columnarum in numero sic sunt incisuris ornata, ut in operis fragmento: in summo eadem pertinent ad summum fornicis tegumentum, in ipso opere desinunt infra triangulum. Ab columnis, quæ sunt proxime Ianum ad columnas extiores, in numero sunt varia ornamenta, quæ nulla in ipso opere: sed nec pedes columnarum conveniunt. Itaque tantæ firmitatis hoc argumentum est tantaque hujus similitudinis æquabilitas, quam bona Latinitatis sunt, quæ ibidem num. 70 scribit. *Arcum suadeamus, quem Senatu decernente Augustus in honorem Drusi privigni statuit.* Quam superbus & arrogans ille pontifex foret, si inter suadentes arcum illum fuisset. Nam ille suadere utitur pro conjicere, quasi hoc etiam esset ex seculo Augusti. Habet quod continet prima hæc tua periodus. Nam ut dispiciamus, utrum integer rectusque sit Livii locus, nec ne, melius impensa illa differtur, donec quam valido robore tu eum sepseris, & quam firma constent ea, quæ propter illum in me es jaculatus, apparuerit. Hinc quoque ad secundam periodum, qua, ut solent muli, scabiem hominis plane Fabrettini fricare & titillare voluisti, nunc non aggrediar, non ut propterea me onerari colligas & hujus mihi gratiam fieri velle, sed ut & locum aptiorem occupaturus inferius, & hactenus tuo exemplo parsurus talibus. Scribis enim in tercia periodo. *Nos equidem talibus parcentes te aliosque monebimus in tribus gravissimis Gronovium falli.* Debebant sane quatuor fieri, ut omnia essent isti, quem in societatem arcessis, paria, & eodem numeros Fabrettina implerent, quos Meibomiana. Cæterum hæc ipsa xii verba quum tibi constituant in dissertationis tue mathematica divisione numerum 369, non video in illis esse, quod de eis retulisti in accuratissimum

illud

illud repertorium, ubi sunt *Algidi*, de eo *Jac. Gronovii errores* 369, *Jacobi Gronovii inepta Livi de Pedo oppido correctio* 369. Ostende age, quos errores in eo numero legitime demonstraveris. Ostende, quantam ineptiam in ista, ut tu suaviter ac jocose vocas, correctione dixeris & patefeceris. Utique praeter fas est ostentare in indice velut exerto labore declaratum, quod nullibi lector tuus habebit. Sed ne dubita; nos novimus Illustrissimum nec non eruditissimum Abbatem Raphaelem Fabrettum: & interea pigneror hoc in principio omen perspicua demonstrationis tuae, quam ego in tribus gravissimis sim falsus; & tam certe falsum me esse prævideo, quam vehementer in hoc numero tu illa duo declarasti. Sed jam quemadmodum fallar, aut verius, ut te malus error abstulerit, audiamus. Primo in stricta ubique acceptione τῷ (voluisti τῷ, nisi forte hoc quoque signum est te esse absque controversia Abbatem doctissimum) *Algidi pro oppidulo cognomine, ad radices sui montis in via Latina jacente; quod tamen idem Livius, omnibus in locis per Gronov. allatis, non de ipso oppido Algidi intelligi permittit, sed de monte aut dorso ejusdem, non modicam extensionem habente; ita ut haud temere à Silio in eadem itineris Hannibalici descriptione lib. xii pluralitatis nomine vocetur*

nec amena retentant

Algida. Tot enim (poetica prasertim figura loquendi) *Silio* poetæ montes, quot vertices unius licet montis ridenti potuerunt. En strenue magistrantem (scit quid scriperit num. 339) Fabrettum. En unum gravissimum, in quo fallor, vel potius (jam enim te adspicio ut veris vocibus aptum) colorem stercore fucatum crocodili, quo se illinit formosus ille Abbas. Et enim Fabrette, Quam tua pollicito pondere verba carent? quum non aliter adspicere id possim, quam ab imperitissimo stellione

stellione profectum. Quid autem dico unum? immo te arithmeticā p̄eunte cerno in indicem tuum; illum perquam notabilem, quum citata verba conficiant numerum 370, abs te referri *Jacobi Gronovii de Algido monte errores* 370, 371. Quot quæso? Agnoscam sane lenem te, & opinabor, quia dubs apponis numeros, etiam modo totidem à te innui. Enimvero tuam vicem rideo, qui in lacuna, ut apparet; non minus lubrica quam putida pedem figens hæc concepisti; totiens fere lapsans aberransque, quoties vestigium aliquod indoctæ tuæ ferociæ his impressisti. Nam ne dicam falsum esse ullibi me prodere in omnibus Livii locis stricte ita, ut tu vis, pro oppidulo montis cognomine accepisse; tum videamus si id prodidisse, an tantum admissem flagitii, quantum tu vis; immo an non melius intellexissem, quam tu pronunciare audes, dum scribis Livium in omnibus per me allatis locis non permettere id intelligi, nisi de monte aut dorso ejusdem. Primus locus quem citavi ex Livio, est 1v,45. *Nunc iabant legati Lavicanos arma cepisse, & cum æquorum exercitu depopulatos agrum Tusculanum castra in Algido posuisse.* Item citavi alium ex 111, 25, ubi similis populationis vestigia. Quæreris, quomodo illa debeant intelligi. Ego pronunciavi nihil. Tu negas Livium permettere intelligi nisi de monte. Quis judex erit? Fero tibi egregium, quem rejicere non potes, et si jam Sigo-nio, jam Cluverio notum apertis oculis huc usque eum prætermiseris, Dionysium ab Halicarnasso 1x, 4. *Αλιασοὶ δὲ εἰς τὸ Τυροκλασσὸν γῆν ἐμβαλόντες δύορον τύποι σφίσι, καὶ ποδὰ δημώσαντες αὐτῆς, τὸ Αλγιδόν πολὺ τὴν γῆν χαρέσθαι.* Tu Græco sermone satis peritus es, ut infra videbimus, & ideo Latinam interpretationem non appono. In his autem licet historia non sit eadem & ejusdem temporis, idem tamen factum agnoscis, eosdem populantes, eosdem populationem tolerantes, eundem populorum receptum. Jam considera & vide (nisi forte

forte quia tu cæcus es & illustrissimus abbas abbatiam
 tuam videre non potes, multo minus hoc, alios videre
 natus) an tua pronuntiatio conveniat Dionysio, qui
 certe palam & clare castra Aequorum ab Tusculani agri
 populatione reversorum posita in ipso oppidulo Algido
 testatur. Murmures tu licet, quæcunque in bucéam
 venerint; judicium Dionysii nunquam effugies. Tercium
 quem ex Livo citavi locum cum Algidi mentione,
 est ex 111, 27, ubi circa solis occasum profectus
 ab Roma T. Quintius Dictator media nocte dicitur in
 Algidum pervenisse. Dicis ad hæc, Livium non per-
 mittere intelligi de oppido, sed monte aut dorso ejus-
 dem. Scribis item (nam quum de Algido monte jubes
 intelligi, interest scire, quem tu Algidum montem con-
 cipias) num. 362 *Algidum enim montem illum fuisse di-
 cimus, qui post Tusculum ad levam Latine via non uno
 vertice protenditur Præneste & Orientem astivum ver-
 sus, cui hodie S. Silvestri cœnobium & Rocca Priora insi-
 dent.* Videlicet igitur, quum dicit Livius in Algido ab
 Romanis castra posita, verendum mihi est & aliis, ne
 innuat versus Præneste & proprius hoc quam Algidum
 oppidum posita fuisse. Nimis profecto insultam legem
 Livianis lectoribus ponit Fabrettus, & ineptus affatim
 est, qui putat vel mihi vel cuiquam sane id ab illo pro-
 batum iri. Hoc primum est, ut opihor, satis conspi-
 cuum acuminis tui, mi horno, hebetissimi specimen
 in demonstrandis erroribus meis. Sed jam aliter ago,
 & calumniam apertissimam mihi abs te injungi dico.
 Neque enim ego unquam aut ullibi professus sum me in
 Livii illis locis Algidum accipere de oppido. Quin-
 immo postquam loca ab Cluverio in hoc vocabulo ci-
 tata & frequentem ejus mentionem inspexi primo, ex
 eo semper hæc mihi fuit sententia; quoties de Ro-
 manis castris in Algido positis memoratur; nunquam illic
 oppidum ipsum intelligi oportere, nisi ubi agitur de eo

B

jam

jam expugnato: contra quoties de Aequorum castris, pluries quidem & patentia prope urbem; ut in primis in conjunctione Aequorum & Volscorum **IV**, 26, sed & aliquando ipsum oppidum, ut certe in duobus citatis è Livio locis & altero Dionysii, quem etiam vides illic dixisse alibi *εἰς τὸν Αλγίδον*. Hoc semper existimavi & nunc quoque existimo, palamque frendeas licet profiteor. Causam distriminis hujus eam habeo, quod Algidum passim & præcipue apud Dionysium appelleatur ita Aequorum oppidum, ut hoc illi habuerint *σημεῖον* perpetuum ad infestandos Tusculanos & alios Latinos Romanos. Immo plane etiam sic consideratur Livio, dum ita scribit **III**, 31. *Ambo Coss. misseri hostem in sua sede in Algido inventiunt.* Quam sedem interpretor ex **xxix**, 35. *Uticam omnes belli vires convertit, eam deinde si cepisset, sedem ad cetera exsequenda habiturus.* Sed objicere te sentio, quare posterior ille locus allegatur ex Livii **III**, 27 ad ostendendum situm oppidi Algidii, ubi Dictator Romanus dicitur in Algidum pervenisse, si non statuam illic oppidum ipsum intelligi debere? Tibi dico, Fabrette, id propterea feci, quia nec tu nec quisquam alias me adducet, ut non quoties de Romanis id dicitur, intelligam tunc castra admodum quam proxime ipsum oppidum fieri potuit: plane ut de Volscis bello **III**, 22 narratur Livio: *Consul Istrato exercitu Antium profectus* (ubi dicebantur esse Volscorum copiae, ut Aequorum passim in Algidio) *hanc procul oppido stativisque hostium confedit.* Cujus facti par exemplum est quoque in alia urbe **VIII**, 12. *Ad urbem ipsam Pedum castraque sociorum populorum, que urbi adjuncta erant, integer labor restaret.* Extendas tu montana Algora, prout placuerit. Certum est, nec negari potest, quum Romani in Algora metari voluerunt, & illic metati fuisse dicuntur, nunquam versus Pratense ierentur, sed per eadeta semper vestigia pro-
pca

pter Tusculum prope urbem Algidum. Credas tu, quum Quintianus exercitus cum solis occasu egressus Roma dicitur media nocte in Algidum pervenisse, eam partem Algidorum montium intelligi oportere, quæ esset Præneste versus. Credas etiam, quum ad Corbionem recipiendum duxerunt Romani, prætermeasse ultimas partes Algidi versus Præneste. Erit ea æque vera fides, quam vere & juste credis te humanioribus literis operari, quod quidem credis verissime, sed falsissime! Itaque in expositione historiæ Livianæ de castris Romanorum in Alrido non ter falli Fabrettum pronuntio, sed quoties d' eo Livius agit. Quid quod falsa est etiam tua illa opinio, montes Præneste & orientem Latium versus ab antiquis comprehensos sub vocabulo Algidi. Omnidino enim Prænestinos fuisse appellatos constat ex *Livio* 111, 8: *Lacretium dum in Hernicis fedet, prædomini agmen secessit, supra montes Prænestinos ductum; inde demissum in campos. Vastavere agros Prænestinum Gabinumque; ex Gabino in Tusculanos flexere colles.* Ex cuius vastationis progressu patet satis pœnè illam, quam ab Præneste versus meridiem producit Strabo, & cui ab latere versus Romam prætextum dicit *αὐλῶνα τὴν Αλγίδον*, esse vel ipsos hos Prænestinos montes vel illis contiguos: item hinc patet Prænestinos montes, quos hic nominat Livius; esse sitos ab latere Præneste quod est versus Algidum, non versus Tibur. Ecce immo patet liquide non esse Algidum vocatum omnem illum montem post Tusculum non uno vertice procurrentem versus Præneste; & si qui sic vocaverunt, laxiore pronunciatione usos fuisse possemus interdum credere, sed nemo nisi Fabrettus sic vocare sustinuit. Nam istius montani distinctas haud dubie partes fuisse variis appellationibus vel Vecilius mons restatur apud *Livium* 111, 50, *in castra, quæ tum in monte Vecilio erant.* Video quidem in Gallia nuper

in usum Serenissimi Delphini ad has voces scriptum
 „ esse Opinor in monte *Algido* legendum, quod omnes
 „ auctores tradunt, Eutropius in primis post nostrum
 „ sup. cap. 44. Irrepsit in id nomen non absimile
 „ mendum in vulgatis Dionysii exemplaribus: legitur
 „ enim εὐ Λαγαδίω in *Lagadio*. nam emendatores
 „ Αλγίδω exhibit. Sed in his nihil nisi immensæ ne-
 gligentia cum audacia certamen. Tam enim credo il-
 lum caste ac juste opinari de Liviana mutatione, quam
 vere in Dionysii vulgata exemplaria illud mendum ir-
 repsit. Non irrepsit in Dionysium, sed in Diodorum
 Siculum. Non irrepsit in vulgata modo Diodori exem-
 plaria, sed omnia alia quæ habentur aut inspecta sunt
 à viris doctis, quorum iste fuit labor. Emendatores
 quos dicat, non intelligo. Soli Laur. Rhodomannus &
 Ph. Cluverius alter in notis, in Vetere Italia alter sic
 correxit, nisi quod Rhodomannus non citet Λαγαδίω
 sed Λαγιδίω, quod dicit esse mendose pro Αλγίδω.
 Sed quum Stephanus clare dicat εὐρικὴ esse Αλγίδω,
 apparet nihil in ea voce accidisse nisi mutationes Α & Α
 literarum, & scripsisse Diodorum Αλγίδω, scilicet ὄπει,
 particulatim dicto Vecillio, uno ex collibus Algidiensi-
 bus. Nam egregie id εὐρικὴ Stephani Græcum confir-
 matur ab accuratissimo Holstenio per inscriptionem ab
 Manutio productam, ubi sic Latine idem concipitur,
 non ALGIDENSIS. Sic ergo in Algidi montanis varia
 omnino fuerunt vocabula, quibus certæ partes distin-
 gui solebant, ut passim factum.

Denique extra oppidum Algidum fuisse editum
 aliquod vel aptissimum castris, vel quod hostes Ro-
 manorum solebant plerunque occupare, claro pro-
 bat testimonio Livius 111, 60, ubi inter alia scri-
 bit: *Jamque pars (Æquorum & Volscorum exerci-*
tuum in Algido conjunctorum) egressa portis erat,
deincepsque alii servabant (MS. Flor. scriebant, an-
sarcie-

sarciebant?) ordinem, in suum quisque locum descendentes. Habes sententiam meam & tuos apertissimos errores.

Cæterum quasi homo meus non ex sulphurea Anicenis exhalatione, sed ipso Aganippes aut Egeriæ adflatu fuisse lustratus, non sufficit illi in pedestri narratione sic cespitavisse, ex altiore conatu labi vult, & minaci opinionis impetu instinctus poëticam Siliæ facundiam non modo capere se putat, sed etiam explanare, nitido sane quodam pacto. Nempe quum ego videns Telegoni muros ab eo statui prius Hannibali tactos, quam amoena Algida (quæ series est Livio contraria) pronunciasem me malle Siliæ versibus suis ac poëticæ licentiaz relinquere; hic rursus errare me putans quod „ ejus verba de oppido accepissem, scribit *haud temeriter*, *re ab Silio montanum tractum illum vocari pluralitatis nomine amoena Algida, quippe tot poëta montes, quot vertices unius licet montis, & hanc esse poëticam figuram loquendi.* Qualem explicationem! Ergo Hannibal ab Silio statuit universos istius montani dorsi vertices pererravisse. Id referebat scilicet. Et singulorum amoenitatem contemplantem non potuisse detineri. Id quoque erat pernecessarium. Ergo tempore belli Punici secundi montana illa inter Præneste & Algidum urbes erant sic amoena. Rogo quo amoenitatis genere? At Statio adhuc, tam sero tempore post, lib. iv Silv. 4 dicitur *Algidus aut horrens.* An ipso horrore fuit amoenus, sicut imaginaris horrorem tuum in scribendo esse? Quin adhuc statuo amoena illa non fuisse per omnes illos vertices, sed prope ipsum Algidum oppidum etiam tempore Silii, non in tot illis omnibus verticibus. At tu non Silio, sed indocto afflate Chœrilo, tu, dico, ideo quod Algida dicit Silius pluralitatis Fabrettinæ nomine, interpretans tot vertices; quid facies Martiali x, 30. Nec Tusculanos Algidosve secessus? unumquemque

videlicet istius montis verticem dices ab Martiale secessum vocari? & tot secessus, quot vertices? Quin tu exhalas verissime idem, Crudarum nebulæ quod Albularum. Non pendet sane Livius ab Silio, & vicissim, & potest alter locum Hannibalicæ profectioni adjectum vocavisse, quem alter omisit. Imo etiamnum dico Silium poeticae licentiaæ & versibus suis relinquendum. Id dicent omnes, qui modo Silium inspicient. Quid enim ille? nempe ex ejus designatione Hannibal

*Præceps ad ripas immans turbine fertur,
Sulphureu[m] gelidus qua serpit leniter undis*

Ad genitorem Anio, labens sine murmure, Tibriv[us],
hoc est, in animo Pœnus habuit proficiisci versus Anienem. Ut ergo illuc veniret ab Frusinone & Anagnia, id iter sic institui debuit, ut Lavicum primo, mox Tusculum, tum per montana Algida, exin Gabina arva transiret? Quæ potest fangi poetica profectione & prorsus Mæandrata, si non hæc aut Fabrettinus limes Agentiani aquæductus? Itaque Silius plane non implet historiæ sinceritatem, reticens causas, cur ita se Hannibal torserit; sed ut in omnibus, ita in hac ipsa quoque parte omnino relinquendus est licentiaæ sua, ut tu impetus tuae pluralitati & poeticae loquendi figuræ: quam quis oro te docuit? An legisti, quid scribat Eustathius, οὐ δὲ Ἀλπίς μεγάσση ὄρος, διὸ τούτη ταῦτα γένονται αἱ Ἀλπῖς? Certe hic Episcopus sedulitatem Fabrettini animadversionis plane non adsequitur, vel verius dixeris hariolationis perfatuæ.

Sed non satis gloriæ est Fabretto exultavisse in historicorum & poetarum interpretatione, Gracis quoque hic mirifice callebat; quæ ut videamus, venio ad secundum accusationis meæ caput, quod tu ridicula etiam cum phantasia & lippis oculis sic demonstras. Fallitur iterum Gronovius, dum insulse quoad alios ex Strabonij, ut credimus, male

male explicati sententia ; perridicule vero quoad nos , quibus magis quam Gronavio domus sua , loca istibac nota sunt , inter Albanum binc montem & Tusculi inde atque Algidi juga , Vallem illam profundam & per plura pa- suum millia pretensam aperiri inficiatur ; & gigantes machinatione Vallem claudit , & continente traxit ab Urbe Tusculo ad Albanum montem aggerem suspendum , ut minus , xxv stadiorum per otium ducit ; & tamen ex Strabone ipso non obscure dijunctio utrinque verticis convalle mediante , colligitur , iis verbis predictis proximiis , οὐεχῆ εἰσὶ ρῆ τὰ τῷ Αλεαρῷ ἀπὸ Καπνίδος , buic (Tusculo) continententer adjacent partes ad Albanum Montem inclinantes . En quisquillas volantes , venti spo- lia ! En quid non Principis terrarum Romæ futilissi- mus incola audet ? quam ille θευχάμηλος ἐπικατέγειρε παπαγῆ πνακηδῶν , δαναοῦ γηραιοῦ φυσίου ? Ceterum hæc includunt tibi numerum 371 . Et quot in eo uno ostentat attentissimus domini sui sententiæ index errores meos ? In illo videat lector , præterquam quod supra citavi , Albana Vallis per Fac. Gronovium sublata 371 . Item Vallis Albana per Gronovium sublata 371 . In quibus profecto tamen habes quod mihi imputes . Agnosco enim præter indolis tuæ morem modeste hic mecum agi , dum in dubio relinquis , utrum male illa & erronee per me sit sublata nec ne . Plane non ita de Algido monte agebas . Sed enim fieri non potest , quin debeas & esse lepidus homo , & legisse memorias veteres de gigantibus , ita ut & placuerint tibi , & in mores eorum transfieris . Adeo omni ex parte appares eorum germanus fraterculus & certissimus consors , non tan- tum in hoc capitulo , sed in universo illo scripto . La- tini gigantes erant , qui scribebant *Kallep* per plura pa- suum millia pretensam . Latini gigantes erant , qui scri- bebant *convalle mediante* & *verbis predictis proximiis* . Gigantes erant qui *Græca illa τῷ Καπνίδος τῷ ὅπε*

interpretabantur Latine partes ad montem inclinantes. Geographici gigantes dicebant, planitiei, qua duobus ferme milliaribus longe lateque patet n. 174. Denique gigantes erant, qui sic sustinebant mentiri, ut tu nunc facis perstrenue. Eia itaque fratres ne defere frater.

Dicis quidem me inficiari, inter Albanum hinc montem & Tusculi inde atque Algidi juga Vallem illam profundam & per plura passuum millia protensam aperiri & gigantea machinatione claudere. Quin tu, si candidus es, si vir es, & non semifer, ac instar novi Panis γενε τραγού· γένη ἀνθρωπού· ολοκληρού, exhibe & oggere mihi ista verba, quibus id facio. Ego enim de progressu Latinæ viæ agens cum Phil. Cluverio dixi non posse nec debere agnoscī ullam vallem, per quam ea via inter Tusculum vel Tusculanos montes & Albanos duxerit: tum citavi verba Strabonis, in quibus certe vallis ejus vel minima mentio non occurrit. Ex aliis dein citatis ex eodem scriptore verbis collegi illud jugum, in quo vetus fuit Tusculum, continente tractu procurrere ab ea urbe proxime ad Albanum montem, & tunc perspicue addidi, *Ubi si qua humilitas distinxerit Tusculanum & Albanum montes, profecto per eam via Latina non transfit.* In quibus patet satis clare, me non sollicitum esse in hac laboris parte de valle tali, an fuerit vel sit nec ne, sed an via Latina per eam duxerit. Nec negavi nec potui negare ibi vallem esse, quod non tu, qui valde οψιμαχη mihi propinas, sed jam Lucas Holstenius, næ haud paulo dignior & honestior Romæ incola etiam per cineres suos, quam vivus Raph. Fabrettus, & cul similem in meliore doctrinâ virum querat jam oportet, me docuerat & ita perspicue indicaverat, ut diffidere non liceret, nec diffisus unquam fuerim, Scribit ad Cluverii pag. 954. *Hic sine dubio ipsum montem intelligit, per cuius clausuram adscenditur in vallem, qua Tusculanos Albanoisque montes interjacent.*

jacet. Rursus ad pag. 905, Nam vallis inter Tusculum & Albanum montem Albana vocatur, & infra pag. 912. Imo omnes mappæ suburbana referentes. Niſi hemitritæus ab Anienis luto rediens illa scripsisti, non debuisti existimare vel his fidem à me non haberi, vel illi aut etiam Cluverio, duobus, æque ac tu, sed haud dubie majori cum emolumento ac peritiore apparatu ~~adūtūtū~~. Cæterum à me nec tunc impetrare potui, nec etiamnum impetro, ut putem, per illa depreſſa inter hos montes ducere Latinam viam. Ut in istam sententiam venirem eamque firme retinerem, movit me Strabo, qui & vidit integrum illam, & ea frequenter usus haud dubie fuit, ut tam accurate eam posset describere.

Sed audio hic novum crimen. Nempe ego & male Strabonem explico, & perridicule ex Strabone pronuncio. Itane, indocte Fabrette, placet tibi in rusticorum Latinorum triviis

Stridenti miserum stipula deperdere crimen?

Quem mihi accusationis tuæ testem, imo quem judicem mihi præbes, eundem tibi defero, ni à me non male intellectus sit Strabo, sed pessime & insulsissime te vel quod ad me vel quod ad alios, & dum me sic criminalis, non *duo cornu copia*, (ut tu gigantee scribis n. 307,) sed immensa aliquot innumeraque cornua copiæ errorum tuorum effuderis. Contemplemur igitur Urbanatem vel semi-Romanum eximie græcissantem, cuius respectu Strabonem perridicule intelligo. Universus locus Strabonis est. Ενδόπερω δὲ τὸ καὶ αὐτὸς ὄρεινης, ἀλη̄ πάχες ἐσὶ μετέξη αὐλῶνα κατελείπουσα τὴν Αἴγαδον, υψηλῇ μέχει τὴν Αἰγαῖην ὄρες. Οὗτοὶ ταῦτα διὰ τὸ Τύρολον ἴδρυται * εωιχῆ δὲ ἐσὶ καὶ τὰ τῷ Αἰγαῖῃ ὅρᾳ Κασσιπολίτικα. Age sane, videamus, quomodo hæc Strabonis verba nunc apud Tiberim, etiam Superiorum permissu, proferantur Latine: operæ pretium enim est

hoc exemplo uti. Vertit igitur Raphael, res profecta ingeniosa, qui salsius quam ego, Græca & Strabonem intelligit. *Intra montana ad que ea* (Tibur scilicet & Prænestine) *sunt condita*, aliud porrigitur *montanum* & *sublime dorsum*, convallem *relinquens* inter *Algidum* & *Albanum montem*. eo in loco *Tusculum* collocatum est * *hunc* (*Tusculo*), continenter adjacent partes ad *Albanum montem* *inclinantes*. Hæc interpretatio est, qua voces Græcas, ante tot annos forsan in Italia scriptæ, fruuntur ex illo perdocto Fabretti gremio deprompta; quæ sane talis est, ut sicut in ea voces mirum in modum agitantur (*agnoscis tuum*) & moventur, ita venire nequeat nisi ab homine motæ simul & penitus excusæ per infrunitam supinitatem mentis. Et sane si vixisset Casaubonus; quid aliud ille, nisi redivivum Straboni venisse hominem Italum, magnum errorum hamaxarium diceret? Ut rebus id probetur; refers, ut video, interpretationem Xylandri, quam editio posterior jactat ab Casaubono emendatam; quod facile typographis hederam mercimonio quærentibus iudicetur, dum concedatur in hoc certe loco vix inspectam ab summo illo viro fuisse. Sed tu, Fabrette, ante omnia dic quæsto, cur malueris in hoc uno ab Xyandro abire, ut *eo in loco ederes*, quum ille *eo in dorso?* tuumne altero melius putas? Quis Græca ignorans & Latina tua legens distinguere posset, utrum per istud *loco* intelligeres dorsum an convallem? An non clare dicit Strabo ad differentiam aperiendam *περι τούτης*, scilicet *απεννίς*? Sed hanc lascivam licentiam tuam mitto, Patrocinare erroribus tuis enormibus. Quum scribis *intra montana ad que ea sunt condita*, aliud porrigitur *montanum* & *sublime dorsum*, fieri non potest, ut quis Græce imperitus illa legens, ex illa numeri mutatione tam notabiliter illuc usurpare de montanis & montano, non existimet discreta esse *montana*, ut discretis locis

comē

condita sunt illa oppida, & istis diversis montanis duci intus parallelum aliud montanum. An hujus cogitationis ulla par occasio datur ex verbis Strabonis? cui quum idem numerus placuerit, tibi venustiori sane homini is displacet; magnæ certe hallucinationis tuae indicio, nisi dicas, quot sunt illa tua montana. Strabo tam tructum inter Tibur & Praeneste supponit, sed ex certa notitia, ὅπου; hanc ἐπιγραφὴν diversas per regiones adjacuisse duobus illis oppidis; etiam hujus ipsius ἐπιγραφῆς lateri versus Romam aliud prætendit montanum. Vides discriminem ingens inter tua vel Xylandria & Strabonem. Sed si fortasse in alienis acutum cernens iatuis connives, manifestius te aggrediar. Dicas illa τοῦτον αὐτὸν ὄγκον verti recte montana, ad que se conditae sunt; at vero alia ista τὸ Αλγίδον simpliciter Algidum? cur non etiam eodem modo illam ad quam Algidum situm est? Immo quod plus est, debuisti ex regula & formula interpretandi, quam ex Xylandro assumis & improbissima conversione, interpretari relinquentis Algidum ad convallem. Oro te. Nonne hac est impostura hominis plane sapprophagi? Strabonis hic in loquendo mos est, tum alibi, tum xvi, 755, ubi dicuntur duo ἕπεν δέχομναι μηχανή περιεζεν τῷ θαλάττῃ. αἱ μὲν Λίβανοὶ τὸ τείπολιν τοῦ οὐρανού περιστῶν μάλισται. οἱ δὲ Αἰγαῖοι τὸ τῆς Σιδώνης. An hac quoque sic invertes, ut dicas Tripolin & Theuprosonon incipere ab mari prope Libanum, & Sidona ab eo, quod est prope Antilibanum? Atqui sic tu nugaris præclare, ut sane fas: & moneo rectius te cum ipso Strabone interpretaturum, mare quod est prope Tripolin & Theuprosonon: itemque quod prope Sidona. Immo cur non illa τοῦτον ὄγκον interpretaris proprie montani quod prope vel versus eas est, ut ego interpretandum censeo, & quam fuisse Strabonis mentem & cui respondere Strabonis voces, quibus illam publicavit, nec tu nec quis.

quam poterit negare? Habis igitur unum in tuis, liqui-
diffimum & verum errorem. Nam ne ista quidem in-
terpretatio admitti meretur, qua in his vocibus utitur
Cluverius in Italia pag. 951, *intra montium jugum ad*
quod se sita sunt, plane non nisi verbis mutatis; sed si
vix consideres, prorsus eadem Xylandrinæ vel tuæ.
Sed præterea cur ordinem verborum ab Strabone sic
relictum μετέξυ αὐλῶνα κωφαλείπυσσα τὸ Αἴλιδον
ὑψηλὴ μέχρι τὸ Αἰγαῖον ὅρμος spernis, & turbatissima
ista Xylandri aut prævalere aut bona esse credis *sublime*
convallēm relinquentes inter Algidum & Albanum mon-
tem? Anne unquam voces illæ μετέξυ τὸ Αἴλιδον
μέχρι τὸ Αἰγαῖον ὅρμος notare possunt *inter Algidum &*
Albanum montem? An μετέξυ τὸ Αἴλιδον bene Græ-
ca sunt? An scholæ Romanæ vel Urbinate nunquam
tibi injecerunt Πολλῷ μετέξυ πέλει κύλικος ράβη χείλεος
ἄκρης? & interdum μετέξυ ponit tanquam adverbium?
Rursus an si eam vocem ita sumeres hoc loco, ut su-
menda est, atque adeo Græca essent, significare possent
inter Algidum? Rursus an voces illæ μέχρι τὸ Αἰγαῖον
ὅρμος aut per se solæ aut conjunctæ cum illis aliis nota-
re possunt *& Albanum montem?* Immo an non illas
junxit Strabo cum voce ὑψηλῇ? Videte Fabrettini pe-
des proprii, quam Græcae linguae & notitia & scripto-
ribus in usurpatore vestro juvati fueritis. n. 119. TALE
GIGANTEUM GRÆCIA JACTET OPUS. Vide enim, Fa-
brette, quam sis ignorantiae præda? quam vana ægide
oculos tuos ipse deceperis? & dum Gronovium arcef-
sis male & perridicule explicati Strabonis, quam male
eundem intellexeris ac torseris, & quoties in uno loco
fallaris, dum Xylandro potius vis credere, quam ipsius
Strabonis manui; nisi quod dum videris Strabonem in-
telligere non posse ob infelicia & jejuna tua studia, Xy-
landro te dedere coactus fueris. Nullum enim eorum,
qua posui, est, quod non summam tuam imperitiam

pro-

prodat, aut ab alio homine proficiisci queat, quam quem velut ab Musis damnatum devotumque mera ignorantia ac stupor defix erunt: neque contra ullum eorum hiare potes. Sed nimirum ita sit; places tibi in numero errorum meorum. Itaque experiris in te dari exemplum ejus, quod ab sapientibus viris frequens inculcatum est, nullam partem vitae tam obnoxiam & teneram esse, quam quæ maxime placet. Dixit autem Strabo esse ὄπειρων, quæ ducatur & posita sit circa urbes Tibur & Præneste: intra hanc ὄπειρων, hoc est, magis versus Romanam ponitur, ait, alia montium πάχες. Quo situ illa πάχες est in comparatione prioris & ulterioris? aut quid de ea celebratur? Nimirum duo, alterum respectu ipsius istius jugi, quod est circa Præneste ac Tibur, alterum respectu locorum adhuc proprius Romanam. Primum est μεταξὺ αὐλῶνα καταλόγου τὸν τὰ Λαγύδον, hoc est, ita sita est hæc πάχες ἐνδοτέρη respectu ulterioris, ut in medio vallem relinquat, illam nempe, quæ est prope Algidum. Secundum est, ut illa eadem πάχες ἐνδοτέρη sit ψηλὴ μέχει τὸν Αλβανὸν ὄρος, perpetuo jugo & collibus junctis progrediens usque ad Albanum montem. Terram licet omnem eruas, aut Acheronta subvertas, nunquam efficies, ut non

Sit mentis vitio lesa figura tua;

ut non sit hæc vera explicatio verborum Strabonis, nihil omnino statuentis de locis inter Algidum & Albanum montem; aut quin istorum locorum faciem sic & consideraverit & viderit Strabo, quæcumque nunc tu eis aut nomina nova imponas, aut considerationem oculorum tuorum falsam admoveas. Quid enim facit hic homo? Dilerte Strabo dicit versus Algidum esse vallem, quæ vallis efficiatur per tractum montanum ἐνδότερον, ubi est Tusculum, & alium exteriorem tractum montanum, qui pertinet prope Præneste ac Tibur. Ille utitur his Strabonis verbis, ut *Algidum montem* prober

post

post Tusculum ad levam via Latina non uno vertice protendi Praneste versus. Quæ sane, quanquam esset vera istorum locorum facies; & sic in iis operata fuisset natura, nihil faciunt ad rem aut ad Strabonem. Utique quum simpliciter Strabo nunc dicat Αλγιδον, & paulo ante determinaverit, quid sit illud Αλγιδον, nempe παλιχνιον, quis potest esse tam invenustus & inhumanæ literaturæ, ut nunc de Algido monte Strabonem loqui putet? Et ille tamen porro ex eodem loco hoc Strabonis etiam sic scribit: *Nam Latina via, cuius pluries vestigia recognovi, ad latera Tusculani & Algidi montis & Vallis jam dicta à lava imminens ducebatur, ut ex sequenti Strab. loco lib. v. à Cluverio inter tot hujus & aliorum auctorum dicta qua cumulat non animadverso, innoteſcit.* Haud dubie tu is es Fabrettus, qui ubi unctum lapidem videris, Deum tibi imaginaris; ubi ergastuli alicuius prisci crypta tibi occurrit, emissaria aquarum deprehensa abs te jactes. Nihil potuit fieri convenientius, ut probares verum esse; quod alibi ex Cicerone adduxisti; in te ipso, ut is qui semitana non sapis, alteri monstres viam. Ita id nunc facis, ut nihil supra. Plane non dicit Strabo in descriptione Latinae viæ eam ad latera Algidi montis ductam; ut contra clare dicat κατά την δέκα Αλγιδον παλιχνιον, in illud ipsum oppidum fert, & quidem descendendo. Prorsus igitur etiam vanissima sunt, quæ scribis ñntri. 366, unde Algidi dorsum cum Tusculano; non vero cum Albano monte continuari recte ex Strabone percipimus. De conjugatione Algidi dorſi cum Tusculano nihil nec in nostro loco nec uspiam alibi Strabo monstrat in eo vel unum verbum, quod huc dirigit & unde id recte percipere potueris. Utique ergo iam opinor agnoscis, Fabrette nihil profecto in his aliud quam Erroris adiecit detinendum; conspectus tui lippicundinem atque magnum in contemplandis Strabonis verbis, quam in locis suis cogosendis, qua factum est, ut omni

omnino magis, quam Gronovio dōtēs sua, istae tibi sunt perfecta; quum tamen Gronovio dolori foret, si non Strabonem & hinc tractum suburbanum Romæ haberet cognitiorem, quam sese ipse Fabrettus: neque Gronovius dubitat, quin quicunque hæc videbit, agnitus sit ipsi non & que domum suam notam esse, quam sibi tam & in universo illo Strabonis loco cæcitatem & in Græcis literis ignorantiam; ineptiam vero & temeritatem & Cyclopæa simul at gigantæ majorem audaciam in baptizandis illic viciis locis: Et habet jam, teor, satis de hac Strabonis parte & tua ejus intelligentia.

Ut ad præcipuum soliditatis tuæ in his caput redeam, unde discessi, nempe ad vallem Albanam; rursus te convenio & rogò causam, cur vallē illam, quam agnoscunt Cluverius, Holstenius, & que ego & tu, meādiam & separantem tam Algidum quam Tusculum ab Albano monte, & in qua castri Molarizæ rudera visuntur; cur dico illam tu appelles Albanam? quod in quaſtione mihi esse contra Cluverium & Holstenium proſiteor.

Si Tusculum & Algidum in eandem vallis longitudinem concurrerint, an non ab his potius mutuari ea nomen debuit, quam ab Albano monte? Constat semel tantum ab Livio nominari vallem Albanam; nec ullibi amplius in universa antiquitate; nisi quod tu tantus nugator es, ut eandem ab Strabone etiam indigitari existimes per voces αὐλαῖα τὸ Αλγίδον. Dico id fieri non posse, & omnia per te confundi. Nam Straboni αὐλαῖα οὐ καὶ Αλγίδες ponit respectu duorum montanorum tractuum, in quorum altero sunt Tibur ac Prænestē, in altero Tusculum. In horum medio ponit ab Strabone vallis τὸ Αλγίδον, ut solet semper inter duos montanos tractus vallis intercedere: & eos alioquin cohæsuros separate. Quid jam hæc descriptio potest facere ad vallē quam

Livius

Livius vocat Albanam, & in quam venientes ab tertio lapipe Gabina via, & transversis itineribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles trangressi, & infesto agmine Romam petentes descendere narrantur Aequi Volscique, & descendantibus in eam obvii fiunt venientes ab Roma Hernici Latinique? Quum Algidum à te ponatur euntibus ab Roma ad sinistram Latinæ viæ, hæc vallis Strabonis adhuc magis est sinistra, utpote ab Algidio procedens ac pertinens ad montana Tiburna ac Prænestina, non versus Rómam, non Albam, non versus alia. At vallis media Tusculi & Albani montis, quam vos Albanam appellatis, ad dextram viæ Latinæ est, si ab Roma quis progrediatur. Itaque plane Strabonis vallis alia est, quum si descendentes ab Tusculano monte hostes in illam descenderint, sane non verti debuerint versus Romam, sed potius ita ab ea avertantur. Et ipsæ voces Græcæ errorrem tuum arguunt: qui enim illæ αὐλῶν δῆμος Αἰγαῖον notare possunt vallem Albanam? & utique voces sequentes μίχεις Αἰγαῖος ὄπες nihil pertinent ad illam vallem, de qua præmisit, sed ad πάχην Tusculanam.

Jam quod ad vallem Albanam ex Livio pertinet; quid acturi erant hostes descendantés in illam vallem, quam dicis xxv stadiorum? cur non antequam in eam descendenter, venientes in Latinam viam, quam in sublimi ad latera collis Tusculani concensione ponis, recta inde eam viam sequentes Romam iverunt? An voluerunt medios se subjicere Tusculanis Albanique montis circa incolis, utique Romanorum amicis, ut missilibus ex superiori jactis trucidarentur, aut alii inde decurrentes loci ingenio uterentur ad eos conturbanos? Immo & iverunt Romam & accessisse prope Romam, si mihi non vis credere, crede Dionysio Halic. eandem historiam, ut solet, immutatis quibusdam narranti & sic testanti. ix, 83. Αἰξενοί δὲ καὶ Οὐσιόνοι πρεσβυτέρων αὐτῶν οὐ χωροὶ θέσεως, οὐδὲ τὰς Τσουλακήν αἰχνές αφίησται αὔτης.

οὐτες Ἰησοῦ τέττας, γέρεος αἰμινούμενος, παρῆσσεν εἰς τὰς
Σαβίνεις ὄρες· ἐλάσσωντες ἡ καὶ Δίης παύτης αἰδεῖς τὸ γῆς,
ὅτι οὐτε Ρώμης αἰφικνεῦτο, ita ut & contemplarentur
mœchia, & ab oppugnatione homini idcirco se conti-
nerent, quod machinas ad eam rem ignorarent. In eo
igitur itinere post descensum ex Tusculano, contigie
pugna hæc narrata Livio. Hinc dico, ut id omne pos-
set fieri, non debuerunt transgressi Latinam viam
transversam, descendere in illam vallem, quam Stra-
boni putas non solum per illas Græcas voces, quas vi-
dimus, sed etiam significari per hæc sequentia & quidem
rectius οὐεχῆ τῷ Τσούλῳ καὶ τῷ Αἰγαρῷ ὄπει Κατα-
μίλιον& describi, verum ab illa parte montis Tusculani
descendere, quæ Romam spectat, unde etiam viarium
in viam Latinam ducis, & ubi haud dubie coje-
runt confinia Tusculani agri & Albani, (non minus,
quam hanc ipsam vallem opinor fuisse æque Tuscula-
norum finium ac Albanorum) quod perspicue indicat
Livius VII, 39 ab Lautulis scribentis *incompositi prædan-*
tes in agrum Albanum pervenient, & sub iugo Alba-
Longæ castra vallo cingunt. Postero die. . ex prædatoribus
ratis quidam compertum attulerunt T. Quintium in Tu-
sculano agrum colere: & sic quum tunc ὁ δῶν ἡμέρας
μῆνες (ut ait Appianus) Roma abessent, convulsis signis
infesto agmine ad lapidem octavum via, que nunc Appia
est, perveniunt. Sic confines erant agri Tusculanus &
Albanus; in tantum ut quum Suidas scribat Τιμαγλύς
ἐν αἰχεῖ δῆμῳ Τσούλαιῳ λέγομεν, ἐπελθόντες δὲν Αἰ-
*γαρῷ, licet id sic possit se habere, ego tamen non du-
bitem, quin Suidas id hauserit ex diversis scriptoribus &*
sic connexuerit, quotum alter dixerat post scholam
ademptam vixisse in Tusculano prædio, alter mortuum
esse in Albano, quum uterque revera eundem locum
innueret. Sic ergo confines erant Tusculanus ager &
Albanus in latere horum locorum versus Romanam, &

G . ipsa

in ipsa hac valle, ut non magis illa pertinuerit ad ALbanos quam ad Tusculanos. Itaque quum appareat Aequos Volscosque non descendisse ad illa interjecta Tu- sculo & Albano monti transgressos transversam viam Latinam, tum, ut incepi, de ipsa valle post Cluverium & Holstenium jam te convenio, cur illam mediantem tuam convallem appellatam prorsus Albanam & non quoque Tusculanam existimes? Da ejus probam veramque causam. In iisdem his circiter locis notissima est vallis Aricina Ovidio memorata, quam Juvenalis vallem Egeriae dixit. Unde haec id nomen accepit? quomodo sita est? Dicit clare Strabo lib. v. Τὸν οἴκον Διανῆς ἐν αἰλούτῳ τεθένθηται ἡ λίμνη πελαγίζουσα· κύκλωφ δὲ ὄρεσκη σπεχχής ὁ φρεὺς τεθένθηται μίσθιον τῷ οὐρανῷ, τοῦτον τὸν καὶ τὸν οὐδωρέοντα λόπολαμβάνοντας ἐν κοίλῳ τόπῳ τοῦ βαθεῖ. Compone, sodes, hujus Aricinæ vallis descriptionem suis collibus septam cum illa, quam vos facitis Albanæ vallis, non magis Albano monti, quam Tusculano vicinæ, & tamen à vobis Albanæ creditæ. Magnam duntaxat videbis differentiam. Quod si nihilominus putas eam fatis certam caufam esse, quod Strabo dicat τὰ Καταπέλτοντα τῷ Αλβανῷ ὄρᾳ, certe insulsus esse pergis. Quippe & Dionysio Hal, sic de agro Albano, quem finitimum statui Tusculano, dicitur, Καταπέλτης ἡ τῇ πόλει πεδία θαυμαστὴ, & quum ab urbe dicatur nomen accepisse mons, haud dubie potius illa πεδία attribuenda sunt Albanæ valli. Rursus in alia parte caput Ferentinæ scribitur Cincio apud Festum fuisse sub monte Albano. Ergo haud dubie, si tua ratiocinatio valet, in valle quoque Albana. At nihil minus, quam ut illud fuerit inter Tusculum & Albanum montem. Etiam Albanum Domitianus fuit τὸν τὸ ὅρον τῷ Αλβανῷ apud Dionem lib. 68. Immo & Statii ager.

Dardania quamvis sub collibus Alba

*Rue proprieum, magnique Duci mibi manere currens
Unda.*

Equi,

Equidem multa spatha vel terrarum vel aquarum sunt duobus populis ad sita, & ab alteris modo nomen sortita, aliorum confinium rationem non habentia. Sed quum Tusculum vetustius sit ipsa Alba, cur non ab illo nomen accepisse credemus verius quam ab Alba post demum condita? adeone invida fuit Alba, ut ne in hac quidem vallis appellatione non modo cedere vicinis, sed etiam vincere contenterit. Sed concedamus & hoc: vicerit sane; & vocata fuerit Albana vallis, quamdiu Alba nomen magnum fuit. Quid ea deleta, ne tunc quidem Tusculani, semper adeo socii Romano-rum, partem aliquam in eo tenere potuerunt? idque post tot annos, quibus post Albæ ruinam scribebat Livius? Propterea, quicquid tu habitum loci hodiernum contemplans ex jure & facultate Illustrissimi Abbatis baptizes, Albanam vallem & Albanum agrum, quem vocat Livius 1, 22, qui finitus fuit Romano, cur non pro iisdem accipi possint, hactenus nulla verisimilitudine alicujus argumenti demonstratum est; non magis quam cur Vallis illa inter Tusculum & Albanum montem credi debeat universa olim dicta Albana. Ex quibus omnibus vides recorditer abs te actum fuisse, dum me criminatus es I inficiari vallem aperiri inter Tusculum & Albanum montem. II post eam gigantea machinatione clausam continentem tractu ab urbe Tusculo ad Albanum montem aggerem stupendum ut minus xxv stadiorum per otium ducere. III Strabonem male explicuisse; ex quibus duo priora sunt Abbatica mendacia, & in tertio meram tuam esse levitatem, per quam nihil in Strabone intellexisti, omnes videbunt, confido, & fatebuntur.

Cæterum non satis est viris doctis hoc loco positam inter Tusculum & montem Albanum vallem (quam esse semper agnovi) appellavisse Albanam (quomodo antiquis fuisse appellatum universum id humile spatium

inter Albanum montem ac Tusculum negavi & adhuc
nego) immo & illustrare volunt. Itaque Cluverius
pag. 944 in ea ipsa ponit Tusculanum Ciceronis. Hoc
primum satis iniquum. Si enim & via Latina per hanc
ducta, (quod ab ipso statui vidimus) & ea via proxime
Tusculum præteriens, vel ut scribit angelicus Raphael,
in sublimi ad latera collis Tusculani consensione du-
cens, tamen manserit in Albana valle, arque adeo hæc
vallis obtinuerit appellationem Albana etiam proxime
Tusculum; cur villa Ciceronis potuit dici Tusculana,
& non potius Albana? Etsi enim Plinius eandem lo-
cet in suburbano Tusculani agri colle, quoniam tota
hæc vallis xxv stadiorum est ~~versimiliter~~ Albano mon-
ti, potius denominari debuit ab cognomento vallis, in
qua eam ponunt, & ab nomine montis, cui subjacebat
cum universa illa valle, quam ab colle alterius oppidi
prope siti. Immo qua ratione id dicetur in valle Alba-
na situm, quod in colle agri Tusculani? An vallis &
collis sunt similia? an Tusculani agri collis esse in valle
Albana potest? Et tamen quum Plinius dicat clare
eam villam fuisse in colle agri Tusculani, non potest
idem Cluverius concoquere Scholia in Horatium sta-
tuentia *ad Tusculi latera superiora* eandem villam fu-
sse, vultque illic legi *inferiora*, more domesticæ illi au-
daciæ ob causam satis indignam, quæ apud eum videri
potest. Quasi non circa Tusculum varii fuerint colles
Tusculanorum finium, & hi ipsi colles non satis polite
ab Plinio describerentur latera superiora, nihil minus
quam valli Albanæ adscribenda. Certe sic etiam Cora-
ne ab Plinio eodem xvi, 44 describitur locus in sub-
urbano agri Tusculani colle. An hic quoque statuetur
in Valle Albana? Verba sequentia Plinii sunt, *antiquæ
religione Diana sacratus à Latio*, in quibus valde ri-
diculus mihi apparuit vir ille, qui nuper notavit il-
lic corrigendum esse à Tatio, quum Tatio sciamus
omnes

omnes nihil juris fuisse in colles agri Tusculani suburbanos, ipsi Sabino regnanti in novella Roma, nec maior pontificium sacrandi aliquid in finibus Tusculanis, quam Philippo vovendi & ponendi statuam Herculis in ostio Istri. Sed quod volumus, hoc est, si ad latera Tusculi fuit illud Ciceronianum, cur locus ille dici debuit Tusculanum, & circumsita regio Vallis Albana?

Immo quod nullus ex antiquis aut dixit aut dicere voluit, id nunc non verentur effutire. Quippe ibidem fuisse ait idem Cluverius aquam Crabram, eum nempe amnem, qui in Valle Albana (ut vocat) inter duo oppida Frascati & Rocca di Papa propter hujus orientale latus versus urbem Romam contendebat. Et quid dicunt antiqui? Nempe ipse Cicero vocat Tusculanam aquam: testatur se pro ea Tusculanis vectigal pependisse: ipse Cluverius tamen ait ex imis Albani montis radicibus exortam. Immo & deliciæ Nymphaeum Fabbretti, quum velut Pompilianus Abbas designato prius per lituum suum loco oppedisset, & sic numen dedisset, num. 271 augeri hodie rivum aquæ Crabræ ex aquis Julia atque Tepula, quæ perruptis ductibus in eandem vallem Albanam influunt, ex se patere scribit. Fruantur; & viderint, si venit ex Albani montis radicibus, si manat per vallem Albanam, quo jure antiquitas eam vocaverit Tusculanam: immo si & villa Ciceronis fuit in valle Albana, per quam ea aqua manabat, atque adeo prius ad ipsius villam, quam ad Tusculum perveneret, quo pacto Tusculani potuerint vectigal ab eo profista petere?

Sed rediens ad locum Livii & ad te, Fabrette, cui cupio præbere occasionem latrandi errores meos (quod jam est mihi vel dulcissimum acroama, vel tanti facio, quanti auctor ḡ ḡδὲ χεν) opinor, quicquid dixerim, ita te firmum & asperum esse, ut ne nunc quidem ex medio illo intervallo humiliore inter Albanum montem ac.

Tusculum appellationis Albanæ possessionem juste à me abigi existimes. Convenio te propius. Origo molestiæ universa fluit à verbis Livii III, 7, ubi dicuntur Hernici Latinique obvii fieri *descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem*. Tu qui ita operaris literis humioribus, & ideo Livium in promptu habes, attendistin' unquam aliquid monstri in eo residere, quod quum statim ante dicat *integra loca Tusculanum agrum, & in Tusculanos colles transirent*, & sic ibi substantivum bis addat, nunc tertio loco idem appellans simpliciter dicat *ab Tusculano*? Si ad id animum unquam advertisti, jam dic mihi (nam hīc erro) cur id hoc loco solo fit? Quin potuerit ille omittere vocem *agro*, aut *colle*, vel ex elegantia suæ jure vel ex Romanæ locutionis decore, nullum dubium quidem est: quippe quorum utrumcunque quum nescirent alii, meminimus XXII, 1, vocem priorem illam audacius quam decebat, fuisse ab illis interjectam. Imo sic VII, 39 T. Quintium in *Tusculano agrum colere* scribit. Itaque potuit sane facere. Sed cur id non etiam paulo ante fecit, & tantum placuit illi in hoc loco? An credis id placuisse illi ob singularem Patavinitatem non ab Asinio minus stulte effutitam & obiectam, quam ab Gallo JC^{torum} Primicerio post Erasumum deprehensam & stabilitam in *miti fisti non posse, multam certare, imperium aut coercitionem inhibere, Aesquiliis migrare, Aesquiliis habitare*, quæ ego opinor & certe scio tam ex medio fori Romani nitore venire, quam isti homini fuisse ignota. Certe tamen ita habent omnes editiones, etiam postrema illius JC^ti, quem dixi, scriptionibus oneratissima. Quod tamen in isto minus miror, quia illius labor non in eo se exercuit, ut quid Latinum esset, quid fidæ veteres membranæ testarentur de manu Livii, respiceret; sed ut ex Glareani, Sigonii, Gronovii spoliis ingratissimas consueret notas, sordidas vulgatorum per typos exemplarium mendas,

mendas, dummodo planiores ipsi viderentur, contemplari paratior. Itaque illum omitto, & te alloquor, haec tenus nos ignorare, ullibi adservari membranas castigatores & pluribus retro annis scriptas, quam quas Medicæa scrinia, illa plenissima veri & antiqui nectaris scribia, (& quanto cum honore mihi fratrisque meo commemoranda!) inter plures alias possident. Earum collationem instituit idem frater meus, unde didici illic legi *ab Tusculana in Albanam vallem*. Hoc ita esse quum dico, ea certe verborum meorum pars vacua est ab timore, ne inter meos errores a te reponatur. Prope enim es ac videre potes. Sed neque si dixerim tutius uni huic membrana credi, quam omnibus fere aliis, quæ satis numerosæ alibi sunt, & ideo hanc ut vetustissimam, ita verissimam Livii scripturam. Quid autem jam nonne si utique eam humilitatem, quæ est inter Tusculum & Albanum montem, isto loco ab Livio intelligi Cluverius, Holstenius, ac tu expugnaveritis, duntaxat concedere debetis, ut dividatur, & pars subjecta tantum Albano monti vocata fuerit Albana, altera pars Tusculum propior Tusculana appelletur? Ex quo fit, ut Tusculanum Ciceronis in Albana valle prorsus non fuerit: & ex eodem clarius fit, plane viam Latinam per eam non duxisse. Etiam ex hac narratione jam constat non statim ab Tusculo descendentes venisse in vallem Albanam; sed prius in vallem Tusculanam, & ex ea denique in Albanam, ut videtur apparet ex Livio, humiliorem quam erat Tusculana. Haec si non evertis, (quod non potes) habeo quod petui. Etiam porro tu vide, ut Crabram, Julianam ac Tepulam aquam soli vestrae Albanae valli adsignes. n. 271. Ego autem etiamnum nego illam regionem ab Livio intelligi, ut recta in illam descenderint, sed prorsum partes Tusculano & Albano monti subjacentes versus Romanam urbem, & quasi finem earum vallium prope agrum Romanum.

Denique, Abbatice Raphael, tertium capitulum, quo mihi errores meos admetiris, sic concipis. Fallitur de-
mum, dum locum Strab. lib. v. de derivatione via Latina,
alias per nos in Dissert, i num. 44. expensem, Incipit via
Latina ab Appia, ad sinistram ab ea prope Romanam desle-
tens, ac super Tusculanum Montem transit inter Tusculum
Oppidum & Montem Albanum, ut ad suam thesim acco-
modet, grammatice sicque de transcensu verticis Tuscu-
lani interpretatur; quod nos περιγραφὴν ἀληθεῖας de ea,
quam diximus, sublimi ad latera collis Tusculani Via Lat-
inæ consensione exponimus, & loco ipso adjuvante opiniosis
hujusmodi ostendemus. Hoc τειμῆσιν δύχει absolvit
tibi (an vobis dicam?) numerum 372. Cujus momenta
singula ut bene animadvertantur à lectore tuo, ponis in
Indice, Jacobi Gronovii errores de via Latina ductu 372.
Latina via Tusculum non transcendebat cum Gronovio
372. In quibus nescio an sic incitato tibi constiterit nu-
merus officiorum, quam quidem opiniose subduxeris nu-
merum errorum meorum. Utique enim quantum video,
habes tu opiniosam & Grammaticam & ἀληθεῖαν. Prius
ipse, reor, jam satis odoratus es opiniosi & gigantei in lo-
quendo genii possessor. Posterius, nempe tibi esse ἀ-
ληθεῖαν opiniosam, inde colligo, quod nunquam probabis
me de ipso summo, quicunque esse potest, Tusculani ver-
ticis transcensu quidquam dixisse. Verba mea sunt. Sed
ut manifeste ait Strabo, super jugum vel trans jugum mon-
tis Tusculani, mediis inter urbem Tusculum & Albanum
montem, supergressa Latina via, & ab eo jugo descendens,
detulit in vallem, qua pertinuit ad Algidum usque. Non
potes negare, quin per hæc definiatur tale jugum Tu-
sculanii montis, quod versus Albanum montem citra ur-
bem Tusculum jacuit, non ultra, non etiam ipsum in quo
sita fuit urbs Tusculum.

Jam igitur iste vertex illius πέριχος, in qua Tuscu-
lum suisse notat Strabo, si altiores habuit colles ab interi-
ore

ore oppidi parte, & de eorum aliquo me loquitum esse censes, maledicus es; si ab illa oppidi Tusculi parte, ad quam patuit vestra medians Albana convallis, non sunt eminentiora juga, quam id ipsum, in quo est Tusculum, nefarius magis es, qui voces meas de Latina via supergressa jugum vel trans jugum montis Tusculani captes, & ex te ita emedes, ut diei debuerit de conscientione collis ad latera. Denique quid improbius ab nebulone aliquo fingi potest, quam quum tradis me statuere viam Latinam transcendisse Tusculum? Scelerata hæc loquendi & angendi ratio. Quin tu dum concedis mihi Latinam viam fuisse in conscientione collis Tusculani ad latera, rem facis unicam proposito meo & causæ de qua agitur. Nam quum Cluverius scriberet nunc per vallem Albanam via Latina ferebat, nunc Vallis hæc per quam Latina via ad Algidum dicit, Albana vocatur vallis, nunc p. 945. Latinam viam Albanam vallem inter Albanos Tusculanosque montes ad Algidum tulisse, rursus Latina via per medianam vallem, que est inter Tusculanos montes montemque Albanum in altiora loca dictis montibus contigua tendit, etiam quum Holstenius incidentem Latina via habere sinistros Tusculanos montes tantum, quasi non etiam per aliquam eorum partem vel jugum incederet, & ita id sub se haberet; sic quum illi scriberent, ea negavi cum verbis Strabonis posse coinponi, haud dubie meliorem αλγανην & περιβαλλοντες habentis in illo & montium sui temporis situ & viæ Latinæ ductu, quam mille vel Cluverii vel Holstenii, vel alii multum his duobus dissimiles, nec ulla ratione eum illis nominandi, quales estis vos Illustrissimus Abbas; & prorsus statuo ex ejus verbis perspicue sequi viam Latinam ductam fuisse per vel super vel trans aliquam partem eorum montium, qui Tusculani vocabantur, non per vallem Albanam; & quidem eam partem, quæ sit ab latere oppidi Tusculi versus Albanum montem; id sive jugum Tusculani montis sive conscientiem ejus

ab latere appelles, cicum in eo non mereris. Sed tanto imperitiae delirio laborat, ut nec ipse loqui sciat nec loquentem intelligat alium. Quis enim Latinus unquam dixit *sublimem ad latera collis Tusculani via Latina con-
scensionem?* At ego quum dixi viam *super jugum super-
gressam*, has meas voces non vult intelligere nisi de trans-
fusione, ut ipse loquitur, verticis Tusculani; interpres vel
malignitate plenus, vel ignorantiae, quasi jugum non de-
beat aut velit intelligere nisi summum apicem ac verti-
cem. At quid fecerunt priores quondam Romæ incolæ? Scribit Livius *xxii, 14 per juga Massici montis duxisse Fabium: & mox in extrema juga Massici montis venisse, & rursum cacumina & saltus.* Quid? an ipsos supremos ver-
tices intelligit? Insulisiloque Fabrette, mihi satis scio non credes: immo si hic sisterem, juberet Meibomium oppre-
dere. Ergo doceat te Polybius, quid in animo habens Livius ita scriperit. Is enim quomodo loquitur in eo lo-
co, quem nunc enarrat & interpretatur Livius? nempe *III, 92.* Φαέτοις ἔγινε τῷ Φαλέρῳ, πᾶς μὲν παρα-
πέδαις θηρανόμυθοι, ἀνίπαρηγε τοῖς πολεμοῖς. Inquire in Lexicis, quid hoc sit; ignoras enim: & certe videbis non utique quum juga scribuntur ab Latinis, summos in-
telligi vertices. Immo si id vellent, quorsum dixisset Se-
neca *Summaque montis juga Cecropii?* quod non ab ipso tantum venisse, sed pluribus Latinis in ore fuisse, & qui-
dem nitide scribentibus, docuerunt satis viri docti, quos abs te ignorari scio.

Quanquam etiam tibi videndum sit, quam ab latere conscientiem existimes. Si enim ponis illam fere ad ipsam vallem, quicquid tu de siccitate, quam nullibi majorem invenire quisquam ac in tuis dissertationibus potest, & per has in tuis Græcis ac Latinis literis, quarum admodum macilenta & πακόδης tibi inept cul-
tura; quicquid Grammaticen & opiniosos caufaris, evinces nihil, quin aberrare te ab Strabonis & mente & scri-

& scriptura, hoc est, vero viæ Latinae dūctu dicam. Aut etiam dicas oportet, qualem ab latere consensio-
nem intelligas in eodem Strabone lib. ix. Τύποντας
τὸ Λατικῆς αἱ Σχειρωνίδες πέτραι, πάροδος σὸν Δυολιπτῶ-
σιν πέρης θαλάττῃ. Ταῦτα αὐτῶν δὲ εἰνὶ οὐδός. Aut lib.
xiv. Αἴ τοι δὲ τειάντα τὰ στίλων τὸ Νύοντας περβάσαι τυμ-
λον τὸ ὄρθρον καὶ Μεσωγίδα. Hanc περβάσιν ita ex-
acte velut ad arenam definire non fuit mei operis nec
propositi; & quis id potest in vetustate tot annorum,
nisi qui & in re præsentि sit, & vestigia vera adsequatur?
quod abs te factum esse ut gloriaris, ita gratulor: nisi
quod tuam vicem verear, ne dum jactas tibi sagaciter
inventum emissarium Algentianæ aquæ, in Romani
alicujus Verris latrinam nares indideris. Certe ego
nunquam id imaginatus fui, quod tu impudenter mihi
aſſricas; immo ne tale quid cogitari posset, existimavi
semper fedulo Strabonem scripſisse Διὰ Τυσκλαῖον ὄρυς,
non ὑπὲρ, quod fecisset, si ipsum editissimum verticem
innuisset; sed particula Διὰ indicat nec in summo col-
le, nec in infima radice viam illam actam fuisse; sed
tamen in monte, scilicet medio. Quo eodem di-
ſtinctionis exemplo manifeste Arrianus scribit lib. i
Expedit. Alex. αὐτὸς δὲ τὸ ἄκρον ὑπερβαλὼν πε-
ριγένετο τὸ Λίμνη τε τελεαλός. Item nihil putavi pro-
fecisse Cluverium, dum in interpretatione mavult
transponere particulas, vertendo pag. 947. Tran-
ſiens super Tusculanum montem inter Tusculum op-
pidum & montem Albanum ad Algidum descendit.
Strabo autem quem Tusculanum montem intelligat,
satis declarat iis verbis. Τὸ δὲ Τυσκλον διαταῦθεν εἰσι λά-
φυτοὶ σύγχρονοι τῷ Εὐρυθμῷ, καρυφύμινθοι ηρέμα πολ-
λαχθεῖ.

Sed jam age: de illo ipso Strabonis loco ad ductum
viæ Latinae designandum te convenio. Scribis enim
num. 45, qua verba adeo perspicua sunt, ut Criticorum
varias

varias Lectiones non admittant. At tu, si æquus homines, si voces tuæ fidem merentur, age, ostende non varias in eo certorum hominum lectiones, sed vel minimam quandam discrepantiam, (nisi quod tu ridiculus Græcus edas πανοκεῖος pro πανδοχεῖος) qua alius ita, aliis aliter eum legerit, ut illa discrepantia quidquam ad rem ipsam & Latinam viam fecerit. Id tu facere non potes. Neque quisquam est ejus eruditorum generis, quos tu nominas & inter quos tu nunquam numeraberis, qui non persuasissimum habuerit ita fuisse ab Strabone scriptum consentientibus MSS^{is}. ἀρχεῖον τὸ Αἴπτιον ἐν αἰετερᾱͅ αἴπ' αὐτῆς ἐκτεπομόην πλησίου Ρώμης, εἴτα Δῆλος Τυσκλανῆ ὅρυς Θαερβάση, μεταξὺ Τύσκλας πόλεως καὶ Αἰλανῆ ὅρυς, κάτισιν ἐπ' Αἰλιδον πολιχνίον καὶ Πικτα's πανδοχεῖα. Itaque hoc mendacium merum est clara recordix tuæ nota. Sed amplius scribis, ut *Criticorum varias lectiones & coactus intellectus non admittant.* Videamus quem ista descriptione significes, & an non forex suo indicio se prodat. Quin igitur rogo, cur quum Strabo perspicue dicat optimeque Δῆλος Τυσκλανῆ ὅρυς Θαερβάση . . . κάτισιν, tu inversa ratione malueris super *Tusculanum montem transit descenditque*. At te, o Fabrette! anne aut venustas major aut veritatis manifestius vestigium in Xylandrina hac & Fabrettina Latinitate sedet, quam in verbis ab Strabone formati? Immo ineptiunt uterque; & illi sunt, qui fatue cœactos intellectus edunt, nec patiuntur liberas & infrenes voces ad mentem Strabonis procurrere. Immo non intelligunt, nec adsequuntur Strabonis scopum. Immo est mera Fabrettina Physica (num. 48) possiblitas. Nam non transit super *Tusculanum montem* inter *Tusculum oppidum* & *montem Albanum*, ac tunc descendit. Id non dicit Strabo. Sed postquam supergressa est trans montem *Tusculanum* & jam quam maxime summa fuerit, tunc inter urbem *Tusculum*

Ium & Albanum montem descendere incipit ac porro descendit ad Algidum. Quod enim est illud tuum *αέριον*, ut quum sic cites Strabonem, sic verba ejus distinguas, sultineas in interpretatione scribere ac super Tusculanum montem transit inter Tusculum oppidum, & Montem Albanum, descenditque ad Algidum? Tres illæ mediæ distinctiones veniunt ab nugacissima tua manu. Hinc augetur error tuus, dum dicis illuc transire inter Tusculum oppidum & montem Albanum. Non erat ibi summitas Latinæ viæ; sed citra oppidum Tusculum versus Romam, & quum veniret ex adverso Tusculi, jam declinare incipiebat. Hoc dicit Strabo, qui utrum me siccum, an te isto lacunarum mephite saucium ac perfusum interpretem prætulerit, videris.

Etsi quid miramur & hæremus stupentes in tam perversa Abbatis Fabretti opportunitate ad intelligentiam Strabonis? non aliter se gerit in omnibus fere, quæ Græca allegat, hoc est, plane ostendit nihil ista ab ipso intelligi, ut videlicet cognosceremus post eruditissimorum virorum Leonis Allatii & Lucæ Holstenii putidam hanc licentiam scribendi studendique in illis locis obtainere coepisse. Vei verba Dionis illa de Drufo videamus citata num. 84. Καὶ οὐ μὲν ἔστι τὸ Αἴγαιον μεδίον τὸ τῶν ιπτάμενων τῶντες ἐπὶ ιπτάμενα αἰγαῖος πλάγιον, καὶ τὸ οὖτις βελούχης γῆς οὔτων ηὔχθη. Quibus interpretationem apponit illam. Et ipse quidem in Matritum campum ab Equitibus equestrem ordinem exacte servantibus, & ab iis, qui erant è genere Senatorio, deducens fuit. Cuperem scire, quales sint illi equites equestrem ordinem exacte servantes? aut quomodo ex illis Græcis τὸ ιπτάμενον τῶντες ἐπὶ ιπτάμενα αἰγαῖος πλάγιον ista Latina deducat? Sed miser ille nec Græca intelligit, nec Romanæ consuetudinis ullam partem gnarus est, hoc est, credi debet Raphael Fabretius sine controversia.

troversia doctissimus Abbas. Quod ut probe novitus in his regionibus nuper de te suffragium publicatum esse, ita optem profecto ex æquo ductum hunc titulum imagini tuae adhærere. Sed perinde credo te talem esse, quam veras & fidias esse deprehendo notas, ex quibus ille laudator tuus hæc de te scripsit; quas quidem haberi ab eo clarissimas certissimasque credere oportet vel ex hoc earum specimine, per quas inductus in falso Harpocrate scribit pag. 33 Osiris occurrere in gemma antiquæ sculpturæ cum triplici pene ad Pamilitia indicanda apud Pignorium, quamvis vix discerni possit, num vir aut vero foemina sit. Priora ista habet omnia ex annotatione Pignorii; sed posteriora plane sunt ipsius, neque ullus aliquam eorum partem sibi vindicare potest, nec vindicabit, opinor, Pignorius non parum illo sapientior. At hic noster habet alia quædam & singularia discrimina, sicut in hoc negotio, ab totius humani generis consensu aliena, sic quoque in tua videnda & estimanda eruditione. Ex his notis est, quod ibidem pag. 70 verba Plutarchi Δελφικῶν ἀρχαιοτήτων τὸν θεόν interpretari potuit ut bene Græca, qui & Thyædum Delphicarum es Princeps. Sed cur tam longe imus? Immo qua fide, qua veritate, quam fano iudicio, & quibus ex notis in te collectum illud sit & constet universum scriptum, visne ut tibi declarem? Nempe prorsus eodem, quo in eodem isto volumine pag. 2 ob studia literarum & eruditionis præmium scribitur Polybio apud Mantinenses in Latonæ templo, in foro Megalopolitarum & alibi statuas fuisse erectas, idque dicere Pausaniam. Haud dubie in his quoque habuit ille suas notas, per quas id in Pausania annotaverie. Pausaniæ loca de Polybio hæc sunt.

In Arcadicis pag. 468 de templo Mantinensi. Εὐταῦρος ἀρνεῖται εἰπεῖν τὴν Πολυβίον οὐ λογότερον. Τοιούτην διάμενην δοκουμένην εἶναι τοις ἐπιθέτοις.

Item

Item pag. 527 de Pallantii fano. Κόρης τῷ Διάμυτεθ. καὶ τὸ πολὺ ἀπωτέρω Πολυβίᾳ Φίσιν αἰδριάς εἴσι.

Item pag. 535 de Tegeæ templo Lucinæ: ἔχεται δὲ τῇ βαμβακίᾳ λιθίῳ λαβακῷ σηλη, ὅπις ἡ αὐτῆς Πολυβίᾳ ὁ Λυκέρα.

Item pag. 514 de fano Δεαποίνης, ὅπις ἡ τῷ πεπάρτῳ Πολυβίᾳ ὁ Λυκέρα, καὶ οἱ ὅπιζαρματα εἰσὶν ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἀνὰ Φαλήρα τῶν Εὔπολεων, οἱ Πολυβίαι τὰ πάντα ἵπει-
δετο, καὶ αἰμαρτύσου διὰ σκεύους βούθαν αὐτῇ γνέοντα
μόνον.

Item pag. 505 in foro Megalopolitanorum est laxior Polybii descriptio occasione statuarum, quæ sic Latine sonat. Pile insitit Polybius Lycortæ F. sunt etiam inscriptæ elegiaca in ejus honorem dicentia vagatum illum esse per terras & mariam omnia, & fuisse commilitonem Romanorum, eosque nomini Graco iratos placasse. Conscriptis autem hic Polybius & alias res ab Romanis gestas, & quemadmodum bellaverint cum Carthaginensibus: quæ ejus belli causa fuerit, & quemadmodum sero non sine magnis arumnis Romani Scipionem aliquem Καρχηδονιανὸν vocent, qui & finem bello attulerit, & Carthaginem solo equarit. Quacunque igitur hortanti Polybius Romanus auscultaverit, recte illi cesserunt: in quibus vero monentem illum non audierit, fuisse illi offensiones memoran-
t. Tum pergit. Εὐλογεῖ δὲ ὁ ποιητὴ λόγος τὸ Αἴχαν-
ην σωτεύειν, τῷδε Ρωμαίον δέργητο αὐταῖς Πολυβίᾳ Φίσι πολιτείας τε κατεστόπεδον καὶ νόμος θεῖται. Τῆς δὲ
εἰκόνος δὲ Πολυβίᾳ τὸ βγλεύοντον εἰσὶν τὰ αἰετερά.
Apparet falsas prorsus & nullas esse illas notas; appa-
ret falsam esse causam illam; apparet à Pausania edi-
clare causas Polybii statuarum alias. Rarissim eodem ju-
dicio tamen sunt controversia doctissimus appellaris Abbas,
quo ibidem pag. 45 statuitur Stephanus in Herodotī
libro i cap. 183 (male enim illuc in margine locatus
et. S3)

c. 83) Βαθέον intelligere mensam, insigni cūquidem & fcelerata calumnia erga honorificam adeo animam. Nam quum in Herodoto exstaret καὶ οἱ τεῖχες μεγάλη μεγάλεται χρυσόν, καὶ τὸ βαθέον οἱ καὶ ὁ θεόντος εἰς, eaque Laur. Valla interpretatus esset, pone mensam & ipsam auream, simul & sustentaculum cum sella omniaque aurea; Stephanus ut enīque patet, ea sic recognovit, & illi magna mensa adjacet aurea: cuius scamnum & sella sunt ex auro. Ille tamen sic „audet pergere: cum vel inspicienti pateat Jovis „simulacrum βαθέον scabellum vel suppedaneum & „Thronum sive sedem ex auro habuisse. Certe vel inspicienti patet hæc esse ulcera impiissimæ mentis & ferocissimi calumniatoris notas. Immo eadem iudicij gravitate sic te salutavit, qua pag. 269 & seqq. artem Midæ ex Phrygia Ephesum traduxit, pari id faciens & arte & facilitate, qua Hagam Daventria se trajicit, Ephesinam interea Artemida ignorans. Immouit omissis aliis uno verbo dicam; eadem & scientia & fide dispensatus ab eo est hic tuus titulus, quam attulit tum ipse, tum nobilissimus ejus adjutor pag. 27 ad cognoscendas ac distinguendas Musas; quod non aliter illic ab eis fit, quam ab eo fieret, qui nūnquam eas nec miratus est, nec salutavit: denique quo iudicio totæ duæ priores fasciæ intelliguntur, ubi quum omnia legeris illuc congeta, nihil omnino scias propter quod illa sint sic ordinata.

Quæ ad tres errorum meorum summas dici debuerunt, enī tibi. Restat occasio & origo eorum ipse locus Livii vel potius iter Hannibal's ab Liri fluvio Romanum versus per Latium, ubi quum vulgo legatur inde Algidæ Tusculum petuit, ego proposui dubitans, an non fuerit inde ab Pedo. Id tanti æstimat lutoſus Fabretta, ut per alium ei vellet oppedere, ex more, quo incurvatus ad Anienis fluente se inquinabat. Itaque damus illi hanc veniam.

veniam. Res sic habet. Dubium non est, quin Hannibal usus sit Latina via, ut docent Fruſinas ac Ferentinus agri ab Livio nominatim positi, de quibus ita Strabo, quum scripsisset Lavicanam viam occurrere viæ Latinæ ad Pictas, inque ea desinere, ἐδὴ οὖτις μὴ ἵππος αὐτῆς τῆς Ααρίνης εἰσὶν θέσιοι καλοκαίρι, καὶ πάλις φερέντων, φορύσιον &c. Fabrateria, Aquinum, Interamna: Jam igitur quum Hannibal esset in via Latina & per eam perrexisset usque ad Ferentinum, atque adeo ea mente iret, ut Romam festinaret; rogo cur à Ferentino præter Pictas non retinuit eandem viam, ut sic Algido (quoniam sic legitur in Livio, & tu ita vis, & tunc controversia nulla esse posset, si ita fecisset aut fecisse scriberetur) Tusculum iret, ac Romæ brevissimum pet iter appropinquaret? Iterum rogo, quum ex via Latina Anagniam versus deflexisset, & jam posset inde rursus ad compitum Anagninum venisse, cur viam Latinam ad Pictas non repetiuit, sed Lavicum abiit? Quæ semita nunc Annibalem ita repente sistit in Algido, sive montano tractu, sive oppido? Itane debuit aut potuisse hoc Livius narrare, ut omissis omnibus mediis locis tantum Algidi meminerit? Immo, ait Fabrettus, à Lavinio cano agro (hoc est, cum Holstenio, juxta Columnam, oppidum) si per Algidum Tusculum petiit; enī, Algidum, uti & Tusculum, & Labicum cum toto suo Agro, ad idem viæ Latinæ latus, ut prætendimus. Atqui hoc probari debebat, ab Hannibale à Lavico petitum esse Tusculum per Algidum. Quare pet Algidum id fecit? quare non recta via? Immo quis ita profecitionem suam illac gubernavit? Qui non sic gubernarunt, multi sunt. Et si vis cognoscere, en tibi. Audimus ex Livio & Lavicanos nonnisi cum Aequis depopulatos prius agrum Tusculanum in Algido castra posuisse. Audimus Aequos in Lavicanum agrum, inde in Tusculanum hostili populatione venisse, plenosque præ-

D

da in

da in Algido castra locavisse. Audimus Æquos ab tertio lapide Gabinae viæ per Lavicanos agros in Tusculanos venisse colles. Audimus foedas populationes in Lavicano Tusculanoque & Albano agro Tiburtibus ducibus factas esse. Itaque si sic semper ex Lavicano itum in Tusculanum agrum, rogo quid causæ sit, cur unus nunc Hannibal ita erret, & ab Lavicano agro Tusculum non veniat, nisi Algido, ut illi volunt? Nulla poterit dari causa, ut sic temere aberrans ab aditu proximo ad Romam via Latina deliraverit tantum ad eam per Algidum rursus quærarendam. An vero his quoque intervenit error Punici oris & Latini, ut quum ipse jussisset se versus Algidum duci, comites de Lavico intellexerint, prout olim Casilinum ductus fuit? An denique ut Postumius in Campaniam iturus, transitum per Præneste delegit nocendi animo, sic illi propria quædam ira in eum locum? Vana omnia. An itinera versus Romanam Hannibali fuisse ignota credimus, non tantum duci tam circumspecto & in explorandis omnibus acri, sed etiam in tanta proditionum frequentia, immo & captivitate Italorum? Forte poterit Fabrettus id credere, præsertim quum socium in tali fide habiturus sit Livianum ab Lutetia commentatorem, qui Alexandrum Epirotam ita credit tumultuarie in peregrina tellure bellavisse, ut non nisi per ruinas pontis cognoscere voluerit itinera. Nam quum **VII**, 24 occurrant eæ voces, *Pervenit ad amnem ruinis recentibus pontis, quem vis aquæ abstulerat, indicantem iter, & Tanaq.* Faber illic notasset Immo *negantem aut denegantem*, censor ille subscribit Immo *dicantem ajo ego cum Livio. Per ruinas enim & vestigia pontis cognoscitur qua sit eundem. Quid non potest audetque Gallus de Gallo scribere? Utique nemo opinor crederet id Fabro fuisse ignarum. Immo si ruine ille cognoscendum dabant iter, cur igitur eas sequutus non est, & illac transivit amnem? Cur si indicasse iter*

nunc

hunc dixit Livius, statim post significat incertum fuisse vadum? At non indicabant iter: at non potuit illacire: at vagari cum multa æruntina in ripa coactus miles ad quærendum vadum: & omnino vult indicare Livius ruptum pontem vetuisse progredi. Sed, fateor, paulo ulterius quam decuit, Faber abiit ab MSS^{tom} codicum omnium lectione, & vide, Lector, an non videatur scripsisse Livius *insciantem iter*. Sed ut redeam ad nostra, ex illis, quæ dixi, puto causam justam dubitandi ab hac Hannibalis parte mihi datam esse de appellatione incongrua Algidi, nec curæ fuisse Algidum Hannibali.

Non minus incongrua est respectu Livii. Non enim Livius solet ita loqui nisi addita præpositione. Ostendit tribus locis, ubi est à Piræo, item ab Dio. Sic sæpe & semper Livius. Neque quidquam evincit Fabretus, si objiciat nunc quoque per Algidum, non oppidum, sed montanam regionem intelligi. Ecce enim xxxi, 15. Secundum hac Rex Attalus Æginam ad classem se recepit. Rhodis Ciam ab Ægina, inde per insulas Rhodum navigarunt. Et plane ad nostrum locum xxxviii, 15. Ad Boudos, quod vetus appellant, pervenit, ab Anabura inde altero die ad Abundri fontes. Et nunquam aliter Livius. Immo quod rem omnem decidit & falsitatem scripturæ hujus evincit, quum roties Algidi mentio occurat in Livio, nunquam ea exhibetur sine prævia præpositione. Vele exempla ab Cluverio collecta vide. Habet illic in Algidum missus; ab Algido rediterat, in Algido consequitus, in Algido castra locant, in Algidum ducere, in Algidum pervenire, in Algido pugnare, fusi in Algido. In uno & notati illic Cluverius, acque ita constanter Livius postea etiam unde semper in Algidum & in Algido dicit, haud addens quid fuerit mons, oppidum an ager. Immo & proprius ad nostrum locum xxx, 62 supplicatio Fortunæ in Algido. An potest adhuc aliquis opinari, auctorem nullum, qui sadeo semper fibi conatus;

stat, uno hoc in loco ab se se discessisse? Sed neque *Algido* apud *Livium* notare potest per *Algidum* vel per *Algidi* montes, quia per eos *Tusculum* venire non posset, nisi ab *Præneste* veniens: quum ab *Lavico* progressi recta statim ab *Laviciano* agro incurvant in *Tusculanos* aut *agros* aut *civiles*, utpote contiguos, ut audimus ex locis *Livii* statim citatis. Unde igitur in fidem ullius hominis bene *Livium* æstimatoris venire potest, hoc loco eum vel profectionem adeo inauditam inuiditatemque institutam narrasse, vel quasi degeneravisse ab se se et præpositionem omisisse? Hæc quum prorsus ita se habebant, tum denique tertio adverti in *historia C. Marcii* ita narrare auctores, ut is capiendis oppidis prope *Volsacos* & *Aequos* pedetentim boream versus procedat, & quidem semper ita ordinem captorum oppidorum exponant, ut *Lavicum* & *Pedum* jungant, sic ut semper *Lavium* præcedat, *Pedum* sequatur tanquam inde non procul. Hoc faciunt *Livius*, *Dionysius*, *Plutarchus*. Hinc igitur concipiens eum latius spargenteam copiam vel ad obiter vastandum vel ad commodius procedendum & post *Lavicanum* agrum simul & *Pedanum* copiam petragrum penori per *Algidi* montes (quod nec erat necesse, nec ordinaria via, nec illi dicuntur ea usi) sed potius per vallem inter *Prænestinos* ac *Tusculanos* montes *Straboni* descriptam, vel peripos hos *Tusculanos*, (ut poterat, utque alios fecisso audiimus) montes *Tusculum* adiisse statui. Nam igitur grande facinus est, si tot inductionibus & tanta literarum similitudine (tingas licet), motus, censcam legi oportere convenientissime ad *historiam*, ad *Livii phrasim*, ad aliorum auctorum voluntatem inde ab *Pedo Tusculum* perfice. Quod si ea vis tibi soisset, ut in mecha tua veniret, potuisset, enimvero quanta fructu[m] emendare amici possesses! Sed ipsa tua est vis: semper tua habeas enim ut quæas firmas! Et audias dicitur de plane Fabre

etna prudentia supplere Frontinum? quam operæ pretiam est, ut in eo videamus. Citatur ei num. 49 locus Frontini iste. *Mercia autem, pars sui post hortos Palantianos, in Rivum, qui vocatur Herculaneum, dejicit se per Calium. Ductus ipsius, montis usibus nibil ut inferior subministrans initur supra portam Capenam.* Ex his verbis periisse & deficere ipsi videtur vnu modus, ut restituat ita Frontinum subministrans modus, initur. Non est quod id multis ostendam; tu sponte, lector, inspice tantum, & judica, quas dicturus sis arenas sine calce, si non hanc Fabrettinam periodum. Sed haec sunt illæ Fabrettinæ assertiones num. 41. Tua illa vis est, ut imponas seculo, & illi persuadere tentes specum Octavianum olim dictum, cuius appellationis memoria Frontino serrata est, ita fuisse appellatum, quia fuit in arcu, quem senatu decernente Augustus in honorem Drosi privigni statuit. Quod non potest tentari nisi ab homine istorum seculorum imperitissimo. Quid enim? aliquid ab Augusto erat. Etum in medio splendore summae ejus fortunæ vocatum fuisse aut vocatum fuisse credemus Octavianum? Unde id efficietur? utrum ex tot legibus eodem tempore ab eis latis, que omnes Julii vocantur? an ex tot oppidis, que ab illo novata aut condita universa vel Julia vel Augusta sunt cognominata? an vero ex tot ædificiis publicis in ipsa urbe vel per eundem vel per alios etiam restitutis vel inchoatis, quæ & ipsa omnia eodem nomine vocitata vel potius illustrata sunt? Et quisquam cordatus homo sustinebit unum specum illo ipso tempore exstructum (ut ille audet effatur: ne dicam in honorem Drosi, ut ineptissimus ille ponit) servavisse nomen Octavianum, non secus ac si hoc uno vellet Augustus admoneri privatæ sortis & gentis suæ prioris? Et quum in hoc negotio ea sit vis Fabrettina, ut de specu Octaviano sic existimet; ille ipse triplex Fabrettus arcum Ariminii possum ob refectionem viae Flaminiae vocat arcum Augusti, & quidem possumus eo ipso

eo ipso anno; quo Augustus appellari coepit num. 761
 Nec satis; etiam num. 198. scribens de aqua credita Au-
 gustu, monet non se loqui de aqua, cui Octavianus à se
 nomen dedit, sed de alia; quam Antoninus Augustus
 Marciae addidit. Scilicet sic loquuti sunt Romani impe-
 rante isto magnificentissimo Cæsare, & quum AQUA-
 RUM & quidem OMNIUM RIVOS COMPLURIBUS LOCIS
 YETUSTATE LABENTES REFECERIT, huic uni, si Romæ
 placet, nomen privati sui status indiderit. Sed nunc tu op-
 pedas licet, immo & bene oleat tibi, quia partim video
 aut dejectione aut destillatione atræ mentis vexatum te
 continent non posse; partim etiam, quia alioquin misera-
 rebor tui, ne dum τεωκτος λατερας τεληγνωτου, ipse tibi sis
 molestus: modo interim recognoscas ex his non atrocem
 modo & teturum, sed etiam stupidum diem tuum. Quippe
 quum adeo amare annumeraveris mihi errores meos,
 quos nunquam errores probasti, hoc est, quando Rex co-
 mitiaverit, fas mihi esse puto, & licet tale quid auribus
 tuis accidere. Sufficiat te tandem lymphatum, me nesciente
 potuisse Nymphis, Musis ac numinibus tuis, tot interim
 hoves ab ementitum & imaginarium hoc tropæum im-
 molare; & ubi rescivi eadem legendi dignatione me ho-
 noravisse tuas dissertationes, qua tu meam epistolam:
 neque id carptim aut meis verbis sententiam tuam infrin-
 gens, sed attendens quoque & omnibus ostendens, quas
 tu voces, quam mentem singulis capitulis dederis; & ta-
 men interim non cessabo opperiri, quid amplius, quod
 nesciant de viae Latinæ conscientione sublimi ad latera
 collis Tusculani ab Fabretto accepti sint hi opiniosi,
 postquam eos plenissime docuit Holstenius pag. 161.
 181. 190.

Et iam justo responsionis officio te prosequutus defe-
 regem; nisi pungeret me & destituta huc nique admone-
 ter secunda periodus tua. Quæ etsi ad hunc modum tua
 criminibus sit admixta, ut ad rem nihil, ad trucis tuae præ-
 uitati os

vitatis declarationem plurimum faciat ; age tamen, licet ei quoque hic in ultimis adhærestere ; ut appareas non cluma sed verus κερνοπίθηκος. Inseruisti enim illic talia, O quam fœcundam dicitiorum & scommatum segetem colligeret hinc tot probris dilaceratus Marcus ille Meibomius, unde suum Antagonistam vicissim impeteret, & Pedo istam inopportuno oppederet. At tu, mi Raphael, non permitte hoc soli Marco ; sed jungite operas, & facta acie αὐμφισόμω tantisper obmugite, ut ex morali tua verisimilitudine contingent ambobus vobis, quippe geniis bener meritis, aureæ barbæ. Nec satis : sed quoniam ex his constabit & grandes & mobiles esse vobis aures, easdem huc advertite & sagaciter captetis licet hanc auram, aut ne quid desit vel apparatu vel invitationi, parate ita vobis ut-pote Cypriis bubus merendas. Ego enim intelligo invidiosum artificium tuum. Sed ut brevi decurrat ; qualia cunque illa sunt, δύσουσα & ἡλεά κείσω. Nām quidlibet dicas de me aut alio, non pœnitet sane, nec unquam per te aut per ullum hominem fiet ut defim officio ac pietati. Itane virum post facilem ac tutam vitam vix ad pacem suam egressum, & si quisquam aliis dignissime quietum ab isto summilimo tui coprea confestim deludi & illi licentia tradi velut obnoxium ? idque vivo me ac fratre ? Nec causa fuit, cur paterer ; & si fuisset passus, immorem me ostendissem spei, in quam sublatus sum educatusque. Ita bene de te sentio, ut nosse te opiner illa. Ε' τελθτον αὐτῷ ὁ πατήρ, καὶ ως τὸν αἴπερ. ὅμοιος γὰρ αὐτῷ κατέλιπε μὲν αὐτὸν. Ε' ν τῇ ζωῇ αὐτῷ ἄδε γράψει. Ιη, καὶ ἐν τῇ τελθτῇ αὐτῷ τὸν ιλυπήγη. Ε' ναντίον ἔχθρῶν κατέλιπεν ἐκδίκην, καὶ τοῖς φίλοις ἀγαπηδόντες χάρεν. Hoc ut mihi inhærebit semper infixum, sic hac testificatione sensus mei possum, ut opinor, apud te defungi, & credere satis ample & tibi & huic negotio satisfactum esse, nihil aliud dolens, quam quod lascivia fortunæ tam tetur & horridum in studiis bonis.

αλεξ.

56 J. G. Responsio ad Cavillationes Fabretti.

αλανόν, tam imperitum & Geographiæ & Græcorum
& Latinorum & Liviani stili exactorem mihi parem de-
derit; nisi quod ad reliquos errores meos id quoque adde-
re libet, in loco Dionysii pagg. 32 & 33 citati debere
corrigi eis τε τοῦ Ῥωθοῦ ὄψεως, quod pluribus exsequeret,
nisi tæderet me ultra cum tanto nugatore consistere.

F I N I S.

